¶ Ad matutinas de sancto spiritu.



Domine labia mea aperies. Et os me
um annunciabit laudē tuam. Deus
in adiutoriū meum intende Domine




ad adiuuandum me festina Gloria patri et filio et spiritui sancto Sicut erat in principio et nūc et semper et in secula seculorū. Amen. ān. Veni sancte spiritus reple tuorum corda fideliū et tui amoris in eis ignē accende. Hymnus.


Nobis sancti spiritus gratia sit data. De qua virgo virginum fuit obumbrata. Cum per sanctum angelum fuit salutata. Verbum caro factū est virgo fecundata. ℣. Emitte spiritum tuum et creabūtur. ℟. Et renouabis faciem terre. Oremus.

Omnipotens sempiterne deus da nobis illam sancti spiritus gratiam quam discipulis tuis in die sancto penthecostes transmisisti. Qui viuis et regnas deus. Per omnia secula seculorum. Amen.

Ad primam.




DEus in adiutorium meū intende Domine ad adiuuādū me festina Gloria patri et filio Sicut erat. ꝛc. Hymn⁹.



Memento salutis auctor quod nostri quondam corporis ex illibata virgine nascēdo formam sumpseris Maria mater gratie mater misericordie tu nos ab hoste protege et hora mortis suscipe. Gloria tibi domine qui natus es de virgine cū patre et sancto spiritu in sempiterna secula. Amen. ān. Assumpta est. Psalmus.

Deus in nomine tuo saluū me fac: et in virtute tua iudica me. Deus exaudi orationem meam: auribus percipe verba oris mei. Quoniā alieni insurrexerunt aduersum me et fortes quesierunt animā meam et non proposuerunt deum ante conspectum suum. Ecce enim deus adiuuat me: et dominus susceptor est anime mee. Auerte mala inimicis meis: et in veritate tua disperde illos. Voluntarie sacrificabo tibi et confitebor nomini tuo domine: quoniam bonū est. Quoniā ex omni tribulatione eripuisti me: et super inimicos meos despexit oculus meus. Gloria patri. Sicut erat. etc. ps.

Benedixisti dñe terrā tuam: auertisti captiuitatem iacob. Remisisti iniquitatē plebis tue: operuisti omnia peccata eorū. Mitigasti omnē irā tuam: auertisti ab ira indignationis tue. Conuerte nos deus salutaris noster: et auerte iram tuam a nobis. Nunquid ineternum irasceris nobis: aut extendes iram tuam




a generatione in generationē. Deus tu conuersus viuificabis nos: et plebs tua letabitur in te. Ostēde nobis dn̄e misericordiā tuam: et salutare tuū da nobis. Audiā quid loquat̄ in me dn̄s deus: quoniā loquetur pacē in plebē suam. Et super sanctos suos: et in eos qui cōuertuntur ad cor. Ueruntamē prope timentes eum salutare ipsius: vt inhabitet gl'ia in t̄ra nostra. Misericordia et veritas obuiauerūt sibi: iusticia et pax osculate sunt. Ueritas de terra orta est: et iusticia de celo prospexit. Etenim dn̄s dabit benignitatē: et terra nostra dabit fructū suum. Iusticia ante eum ambulabit: et ponet in via gressus suos. Gloria patri. Sicut erat. Psalmus.

Laudate dn̄m oēs gētes: laudate eum oēs populi. Qm̄ confirmata est sup nos misericordia eius: et veritas domini manet ineternū. Gloria. an̄. Assumpta est maria in celū gaudēt angeli laudantes benedicūt dn̄m. Cpm.

Que est ista que progreditur quasi aurora consurgens pulchra vt luna electa vt sol terribilis vt castrorum acies ordinata. Deo grās. ℣. Dignare me laudare te virgo sacrata. ℟. Da michi virtutē contra hostes tuos. Kyrie eleyson. Christe eleyson. Kyrie eleysō. Dn̄e exaudi. Orō.

Deus qui virginalē aulam beate marie virginis in qua habitares eligere digna




tus es: da quesumus Vt sua nos defensione mu=
nitos iocũdos faciat sue iteresse cõmemorationi
¶ Pro sanctis. ãn. Sancti dei omnes. ꝛc.
℣. Letamini in domino. Oremus.

Exaudi nos deus salutaris noster: et apo=
stolorũ tuorum petri et pauli et aliorum
apostolorum nos tuere presidiis quorum dona=
sti fideles esse doctrinis. Orõ. Omnes sancti. ꝛc.
¶ Suprascripta cõmemoratio dicitur ad. i. ad
vi. et ad completoriũ. ¶ Ad primam de cruce.
Deus in adiutorium. Dñe ad adiuuandum.
Gloria patri. ã. Salue crux. Hymnus.


Hora prima ductus est iesus ad pilatum.
Falsis testimoniis multũ accusatũ. In
collo percutiũt manibus ligatum. Vultum dei
conspuunt lumen celi gratum. ℣. Adoramus te
Orõ. Domine iesu xp̄e ¶ Ad. i. de sancto spũ.
Deus in adiutoriũ. Domine ad adiuuandũ.
Gloria patri. ãn. Veni sancte. ꝛc. Hymnus.

De virgine maria christus fuit natus.
Crucifixus mortuus atq; tumulatus.
Resurgens discipulis fuit demonstratus. Et ip=
sis cernentibꝰ celis eleuatus. ℣. Emitte spiritũ.
℟. Et renouabis. Orõ. Omnipotens. Vt sup.

¶ Ad terciam.



Deus in adiutoriū meum intende Domine ad adiuuādū me festina Gloria patri et filio. Sicut erat. ꝛc. Hymnꝰ




Memento salutis. Ut sup. ā. Maria ꝟgo. ¶ Ps.

Ad dominū cū tribularer clamaui: et exaudiuit me. Dñe libera animā meā a labiis iniquis et a lingua dolosa. Quid detur tibi aut quid apponatur tibi: ad linguā dolosam. Sagitte potentis acute: cū carbonibus desolatoriis. Heu michi quia incolatus meus prolongatus est/habitaui cū habitantibus cedar: multū incola fuit anima mea. Cum his qui oderūt pacē eram pacificus: cum loquebar illis impugnabāt me gratis. Gloria patri. ¶ Ps

Leuaui oculos meos in montes: unde veniet auxilium michi. Auxilium meū a dño: qui fecit celū ꝛ terrā. Non det in cōmotionē pedē tuū: neqꝫ dormitet qui custodit te. Ecce nō dormitabit neqꝫ dormiet: q̄ custodit israel. Dñs custodit te dñs ꝓtectio tua: super manū dexterā tuā. Per diē sol non uret te neqꝫ luna per noctē. Dñs custodit te ab omni malo: custodiat aīam tuā dñs. Dñs custodiat introitū tuū et exitum tuū: ex hoc nunc ꝛ usqꝫ in seculū. Gloria. ¶ Ps


Letatus sum in his que dicta sunt michi: in domū domini ibimus. Stantes erant pedes nostri: in atriis tuis hierusalem. Hierusalē que edificatur ut ciuitas: cuius participatio eius in idipsum. Illuc enī ascenderūt tribus tribus domini: testimoniū israel ad con-



fitendum nomini domini. Quia illic sederunt
sedes in iudicio: sedes super domum dauid. Ro-
gate que ad pacem sunt hierusalem: et abundan-
tia diligentibus te. Fiat pax in virtute tua: et
abundantia in turribus tuis. Propter fratres
meos et proximos meos: loquebar pacem de te.
Propter domum domini dei nostri: quesiui bo-
na tibi. Gloria patri et filio: et spiritui sancto.
Sicut erat in principio et nūc et semp: et in secu
la seculorū. Amen. ān. Maria virgo assumpta
est ad ethereum thalamū in quo rex regum stel-
lato sedet solio. Capitulum.

Et sic in syon firmata sum et in ciuitate
sanctificata similiter requieui: et in hie-
rusalem potestas mea. Deo gratias. ℣. Diffusa
est gratia in labiis tuis. ℟. Propterea benedixit
te deus ineternū. Kyrie eleyson. Christe eleyson.
Kyrie eleyson. Domine exaudi orationē meam.
Et clamor meus ad te veniat. Oremus.

Deus qui salutis eterne beate marie vir
ginitate fecunda humano generi pre-
mia prestitisti: tribue quesumus. Ut ipsam pro
nobis intercedere sentiamus: per quam merui-
mus auctorem vite suscipere dominum nostrū
iesum christum filium tuum. Amen.
ān. Sancti dei omnes intercedere dignemini pro
nostra omniūque salute. ℣. Letamini. etc. Orō




Protege domine. Omnes sancti. Ut supra.
Ad terciam de cruce. Deus in adiutorium meum intende. Domine ad adiuuandum me festina. Gloria patri. an. Salue crux. Hymnus.
Crucifige clamitant hora terciarum. Illusus induitur veste purpuratum. Caput eius pungitur corona spinarum. Crucem portat humeris ad locum penarum. ℣. Adoramus te christe. Oro. Domine iesu christe. etc.


Ad terciam de sancto spiritu.

Deus in adiutorium meum intende. Domine ad adiuuandum me festina Gloria patri et filio Sicut erat. an. Ueni sancte. etc. Hymnus.
Num sanctum spiritum deus delegauit. In die penthecostes suos confortauit. Et de linguis igneis ipsos inflammauit. Relinquere orphanos eos denegauit. ℣. Emitte spiritum tuum et creabuntur. ℟. Et renouabis faciem terre. Oro. Omnipotens sempiterne. etc.


Ad sextam.



Deus in adiutoriū. Dñe ad adiuuan-
dū Gloria patri Sicut erat. Hymn⁹.
Memento salutis. Vt sup. ā. In odorē.




AD te leuaui oculos meos: qui habitas in
celis Ecce sicut oculi seruoꝝ: in manibꝰ
dominoꝝ suoꝝ Sicut oculi ancille in manibus
dn̄e sue: ita oculi nostri ad dominū deum nostrū
donec misereat̄ nostri Miserere nostri dn̄e misere
re nostri: quia multū repleti sumus despectione.
Quia multū repleta est aīa nostra: opprobrium
abundātibꝰ ⁊ despectio sup̱bis Gloria patri. ps
NIsi q̄ dn̄s erat in nobis dicat nūc israel:
nisi q̄ dn̄s erat ī nobis. Cū exurgerent
hoīes in nos: forte viuos deglutissent nos. Cū
irasceret̄ furor eoꝝ in nos: forsitā aqua absorbu-
isset nos Torrentē pertransiuit aīa nostra forsi
tan pertrāsisset aīa nostra: aquā intolerabilem
Benedictus dn̄s qui non dedit nos: in captione
dētibus eoꝝ Anima nostra sicut passer erepta
est: de laqueo venantiū Laqueus cōtritus est: ⁊
nos liberati sumus. Adiutoriū nostrū in noīe
dn̄i qui fecit celum et terrā Gloria patri ps.
QVi cōfidunt in dn̄o sicut mons syon non
cōmouebit̄ ineternū: qui habitat ī hieru
salē Montes in circuitu eiꝰ et dn̄s in circuitu po
puli sui: ex hoc nūc ⁊ vsq̄ in seculū Quia non re
linquet dn̄s virgā peccatoꝝ sup sortē iustoꝝ: vt
nō extendant iusti ad iniquitatē manus suas.
Benefac dn̄e: bonis et rectis corde Declinātes
autē in obligationes adducet dn̄s cū operantibꝰ




iniquitatē:pax super israel Gloria.ān. In odo-
rem vnguentorū tuorū currimus adolescentule
dilexerūt te nimis. Cap.
Pradicaui i populo honorificato ⁊ in p-
tes dei mei hereditas illius ⁊ in plenitudine san-
ctorū detentio mea. Deo grās. ℣. Benedicta tu
in mulierib⁹. Et benedictus fructus vētris tui.
Kyri el'. Christe el'. Kyri el'. Dñe exaudi. Ore⁹.
Concede misericors deus fragilitati no-
stre presidiū vt q̄ sctē dei genitricis et vir
ginis marie memoriā agim⁹: intercessionis ei⁹
auxilio a nostris iiquitatib⁹ resurgam⁹. Per.ā.
Sācti dei.℣. Letamini. Orō. Exaudi. Oēs
scti. Ad vi. de cruce. Deus i adiutoriū. Dñe
ad adiuuandū.⁊c.ān. Salue crux. Hymnus.
Hora sexta iesus est cruci conclauat⁹. Et
est cū latronib⁹ pendēs deputat⁹. Pre tor
mētis sitiens felle saturat⁹. Agn⁹ crimē diluit sic
ludificat⁹.℣. Adoram⁹. Dñe iesu. Ad vi. de sctō
spū. Deus in adiutoriū.ān. Veni sācte. Hy⁹
Septiformē gratiā tunc acceptauerunt.
Quare ydiomata cuncta cognouerunt.
Ad diuersa clymata mundi recesserunt. Et fidē
catholicā tunc predicauerūt.℣⁹. Emitte spiritū.
Oratio. Omnipotens sempiterne. Vt sup.

Ad nonam.



Deus in adiutoriū meum. Dñe ad adiuuandū. Gloria patri. Sicut. Hy9.
Memēto salutis. ꝛc. ā. Pulchra es. ps




In convertendo dñs captivitatē syon: facti sumus sicut consolati. Tunc repletū est gaudio os nostrum: et lingua nostra exultatione. Tunc dicent inter gentes magnificavit dominus facere cum eis. Magnificavit dñs facere nobiscum: facti sumus letantes Converte domine captivitatē nostram: sicut torrens in austro. Qui seminant in lachrymis: in exultatione metent Euntes ibant et flebant: mittentes semina sua Venientes autem venient cum exultatione: portantes manipulos suos Gloria patri et filio Sicut erat in principio. &c. ps.

Nisi dominus edificaverit domum: in vanum laboraverunt qui edificant eam.

Nisi dominus custodierit civitatem: frustra vigilat qui custodit eam. Vanum est vobis ante lucem surgere: surgite postq̄ sederitis qui mā ducatis panem doloris Cum dederit dilectis suis somnum ecce hereditas domini filii merces fructus ventris. Sicut sagitte in manu potentis: ita filii excussorum. Beatus vir qui implevit desiderium suum ex ipsis: non confundetur cū loquetur inimicis suis in porta. Gloria patri & filio. Sicut erat in principio. &c. ps.

Beati omnes qui timent dominum: qui ambulant in viis eius Labores manuum tuarum quia mā ducabis: beatus es et bene



tibi erit. Uxor tua sicut vitis abundans: in lateribus domus tue. Filii tui sicut novelle olivarum: in circuitu mense tue. Ecce sic benedicetur homo qui timet dominum. Benedicat tibi dominus ex syon: et videas bona hierusalem omnibus diebus vite tue. Et videas filios filiorum tuorũ: pacem super israel. Gloria patri. &c.

ã. Pulchra es et decora filia hierusalem terribilis ut castrorum acies ordinata. ¶ Capitulum.


In plateis sicut cynamomum et balsamum aromatizans odorem dedi quasi mirra electa dedi suavitatẽ odoris. Deo gratias ℣. Post partũ ꝟgo inviolata permãsisti. ℟. Dei genitrix intercede pro nobis. Kyri eleysõ. Christe eleyson. Kyri eleysõ. Dñe exaudi. Oremus.

Famulorũ tuorũ q̃sum⁹ dñe delictis ignosce: ut qui tibi placere de actibus nostris non valemus genitricis filii tui dñi nostri iesu christi intercessione salvemur. Per. ãn. Sancti dei oẽs. ℣. Letamini. ℟. Et gloriamini. ¶ Orõ

Presta quesum⁹ omĩpotens deus ut nullis nos permittas perturbationib⁹ concuti: quos in apostolice cõfessionis petra solidasti. Per dominũ. Oratio. Omnes sancti. &c.

¶ Ad nonã de cruce. Deus in adiutoriũ. Domine ad adiuvandum. Gloria patri et filio. &c. Sicut erat in principio. &c. ¶ Hymnus.

35



Hora nona dominus iesus expirauit. Hely clamans animam patri commẽdauit Latus eius lancea miles perforauit. Terra tũc contremuit et sol obscurauit. ℣. Adoramus te christe et benedicimus tibi. ℟. Quia per sanctã crucem tuam redemisti mundũ ¶ Oremus.

Domine iesu christe fili dei viui. Vt supra.


¶ Ad nonam de sancto spiritu.

Deus in adiutorium meum intẽde Domine ad adiuuandũ me festina Gloria patri et filio et spiritui sãcto Sicut erat in principio et nunc et semper et in secula seculorum. Amen. Alleluya. ãn. Veni sancte spiritus. &c.


¶ Hymnus.

Spiritus paraclytus fuit appellatus. Donum dei caritas/fons viuificatus. Spiritalis vnctio/ignis iñflammatus. Septiformis gratia/carisma vocatus. ℣. Emitte spiritũ tuũ et creabũtur. ℟. Et renouabis faciẽ terre. Orõ. Omnipotens sempiterne deus da nobis illã.

¶ Ad vesperas.




Deus in adiutoriū meū intende. Dñe ad adiuuandū me festina. Gloria pat̄ et filio Sicut erat. ₊c. Añ. Dū esset. ps



Dixit dñs dño meo: ſede a dextris meis.
Donec ponã inimicos tuos: ſcabellũ pe
dũ tuorũ. Uirgã ꝟtutis tue emittet dñs ex ſyõ:
dñare in medio inimicoꝝ tuoꝝ. Tecũ principiũ
in die virtutis tue in ſplendoribus ſctõꝝ: ex vte
ro ante luciferũ genui te. Iurauit dñs et nõ pe=
nitebit eũ: tu es ſacerdos ĩeternũ ſecundũ ordinẽ
melchiſedech. Dñs a dextris tuis cõfregit in die
ire ſue reges. Iudicabit in nationibus implebit
ruinas: cõquaſſabit capita in terra multorũ. De
torrente in via bibit: propterea exaltauit caput.
Gloria. ã. Dũ eſſet rex in accubitu ſuo nardus
mea dedit odorẽ ſuauitatis. ãn. Leua eius. Ps.

Laudate pueri dñm: laudate nomen dñi.
Sit nomẽ dñi bñdictũ: ex hoc nunc et
vſqz in ſeculũ. A ſolis ortu vſqz ad occaſũ: lauda
bile nomẽ dñi. Excelſus ſup oẽs gentes dñs: et
ſup celos gloria ei⁹. Quis ſicut dñs deus noſter
qui in altis habitat: ⁊ humilia reſpicit in celo ⁊ in
t̃ra. Suſcitãs a terra inopẽ: ⁊ de ſtercore erigẽs
pauperẽ. Ut collocet eũ cũ principibus: cũ princi
pibus populi ſui. Qui habitare facit ſterilẽ in do
mo: matrẽ filioꝝ letantẽ. Gloria. ãn. Leua eius
ſub capite meo ⁊ dextera illius ãplexabit̃ me. ãn
Nigra. Ps. Letatus ſum. Ut ſup. ã. Nigra ſũ ſed
formoſa filia hieruſalẽ ideo dilexit me rex et ĩtro
duxit me in cubiculũ ſuũ. ãn. Jam hyems. Ps.




Nisi dominus edificauerit. Ut supra. an. Jam hyems trāsiit imber abiit et recessit surge amica mea et veni. an. Speciosa. ¶ Psalmus.

Lauda hierusalē dominū: lauda deum tuum syon. Quoniā confortauit seras portarum tuarū: benedixit filiis tuis in te. Qui posuit fines tuos pacem: et adipe frumēti satiat te. Qui emittit eloquiū suum terre: velociter currit sermo eius. Qui dat niuem sicut lanā: nebulam sicut cinerē spargit. Mittit cristallum suam sicut bucellas ante faciem frigoris eius quis sustinebit. Emittet verbū suum et liquefaciet ea: flabit spiritus eius et fluent aque. Qui annunciat verbum suum iacob: iusticias et iudicia sua israel. Non fecit taliter omni nationi: et iudicia sua non manifestauit eis. Gloria patri et filio: et spiritui sancto. Sicut erat in principio et nūc et semper et in secula seculorum. Amen. an. Speciosa facta es et suauis in deliciis tuis sancta dei genitrix. ¶ Capitulū.

Ab initio et ante secula creata sum et usqz ad futurum seculum non desinam et in habitatione sancta coram ipso ministraui. Deo gratias. ¶ Hymnus.

Ave maris stella dei mater alma atqz semper virgo felix celi porta. Sumens illud aue gabrielis ore fūda nos i pace mutans nomē




eue. Solue vincla reis profer lumen cecis mala nostra pelle bona cuncta posce. Monstra te esse matrē sumat per te preces qui pro nobis natus tulit esse tuus. Uirgo singularis inter omnes mitis nos culpis solutos mites fac et castos. Uitam presta purā iter para tutū ut videtes iesum semp colletemur. Sit laus deo patri sūmo christo decus spiritui sancto trinus honor vn⁹. Amē

℣. Diffusa est gratia in labiis tuis. ℟. Propterea benedixit te deus ineternū. ān. Beata mat.

Canticum beate marie.

Magnificat anima mea dominū. Et exultauit spirit⁹ meus: in deo salutari meo. Quia respexit humilitatē ancille sue: ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Quia fecit michi magna qui potens est: et sanctum nomē eius. Et misericordia eius a progenie in progenies: timentibus eum. Fecit potentiam in brachio suo: dispersit superbos mente cordis sui. Deposuit potentes de sede et exaltauit humiles. Esurientes impleuit bonis: et diuites dimisit inanes. Suscepit israel puerum suum: recordatus misericordie sue. Sicut locutus est ad patres nostros: abraham et semini eius in secula. Gloria. ān. Beata mat et inupta vgo gloriosa regina mūdi itercede p nobis ad dnm. Kyri el. Christe el. Kyri el. Dne exaudi orōnē meā

38



Et clamor meus ad te veniat. ¶ Oremus.

Concede nos famulos tuos q̄s domīe deus perpetua mentis et corporis sanitate gaudere: et gloriosa beate marie semper virginis intercessione a presenti liberari tristicia et eterna perfrui leticia. Per.ān. Sancti dei. Ut supra. ℣. Letamini. ℞. Et gloriamini. Oremus.

Protege dn̄e populū tuū et apostolorum tuorum petri et pauli ⁊ aliorum apostolorum patrocinio confidentem perpetua defensione conserva. Per dn̄m. Omnes scti. Ut supra.

¶ Ad vesperas de cruce.

Deus in adiutorium. Dn̄e ad adiuvandum. Gloria patri. Sicut erat. ⁊c. ān. Salue crux preciosa. ¶ Hymnus.


De cruce deponitur hora vespertina. Fortitudo latuit in mente divina. Talem mortem subiit vite medicina. Heu corona glorie iacuit supina. ℣. Adoramus. Orō. Dn̄e iesu

¶ Ad vesperas de sancto spiritu.


Deus in adiutorium. ān. Veni sancte. ¶ Hy⁹.

Dextre dei digitus virtus spiritalis. Nos defēdat eruat ab omnibus malis. Ut nobis non noceat demō infernalis. Sed protegat foveat nutriat sub alis. ℣. Emitte. Omps. ⁊c.


¶ Ad completorium.




Conuerte nos deus salutaris noster. Et auerte irã tuã a nobis. Deus in adiutoriũ meũ intẽde. Dñe ad adiuuandũ




me festina. Gloria patri. Sicut erat. ℣ Ps.
Sepe expugnauerunt me a iuuentute
mea: dicat nunc israel. Sepe expugna-
uerunt me a iuuentute mea: etenim non potue-
runt michi. Supra dorsum meũ fabricauerunt
peccatores: prolongauerũt iniquitatẽ suã. Dñs
iustus concidet ceruices peccatoꝝ: confundãtur
et conuertantur retrorsum oẽs qui oderunt syon
Fiant sicut fenũ tectoꝝ: quod priusq͂ euellatur
exaruit. De quo nõ impleuit manũ suã qui me
tet: ⁊ sinũ suum qui manipulos colliget. Et nõ
dixerũt qui preteribant benedictio dñi sup vos:
benedicimus vobis in nomine dñi. Gloria. ℣ Ps
De profundis clamaui ad te domine: dñe
exaudi vocem meam. Fiant aures tue
intendẽtes: in vocem deprecationis mee. Si ini
quitates obseruaueris domine: dñe quis sustine
bit. Quia apud te propiciatio est: et propter legẽ
tuam sustinui te dñe. Sustinuit anima mea in
verbo eius: sperauit anima mea in dño. A custo
dia matutina vsq; ad noctem: speret israel in do-
mino. Quia apud dominũ mĩa: ⁊ copiosa apud
eum redemptio. Et ipse redimet israel: ex omni
bus iniquitatibus eius. Gloria patri. ℣ Ps.
Domine non est exaltatũ cor meũ: neq;
elati sunt oculi mei. Neq; ambulaui in
magnis: neq; in mirabilibus super me. Si nõ



humiliter sentiebã: sed exaltaui animã meam.
Sicut ablactatus est sup matre sua ita retribu
tio in aĩa mea. Speret israel in dño: ex hoc nũc
et usqz in seculũ. Gloria. Hy⁹. Memẽto salutis. &c.
Ego mater pulchre dilectionis et timoris
et magnitudinis et sancte spei. Deo grãs
℣. Ora ꝓ nobis sãctissima dei genitrix. Ut digni.
ãn. Sub tuum. Canticum symeonis.
Nunc dimittis seruũ tuũ dñe: scdm verbũ
tuũ in pace. Quia viderũt oculi mei saluta
re tuũ. Quod parasti: ante faciẽ omniũ populo=
rum. Lumen ad reuelationẽ gentiũ: et gloriam
plebis tue israel. Gloria. ãn. Sub tuũ presidiũ
cõfugimus sancta dei genitrix nostras depreca=
tiones ne despicias in necessitatib⁹ sed a pericu=
lis cũctis libera nos sẽper virgo benedicta. Kyri
eleysõ. Christe el'. Kyri el'. Dñe exaudi. Orõ.
Beate et gloriose sẽperqz virginis marie
qs dñe ĩtercessio gloriosa nos ꝓtegat et ad
vitã perducat eternã. Per. ãn. Sancti dei. ℣. Le
tamini. Orõ. Exaudi. Omẽs sancti. Ut sup.
Benedicamus dño. Deo grãs. Bñdicat et custo
diat nos omnipotẽs et misericors dñs pater et fi=
lius et spũssanct⁹. Amen. Ad cõpletoriũ de cruce.
Conuerte nos de⁹ salutaris noster. Et auer=
te irã tuam a nobis. Deus in adiutoriũ. Dñe
ad adiuuandũ. Gloria. ãn. Salue crux. Hy⁹.




Ora cōpletorii datur sepulture. Corpus
xp̄i nobile spes vite future. Cōditur aro
mate cōplētur scripture. Jugi sit memoria mors
hec michi cure. ℣. Adoramus te christe. ¶ Orō.
Domine iesu christe. ⁊c. ¶ Recōmendatio.
Has horas canonicas cū deuotiōe. Tibi
christe recolo pia ratiōe. Ut qui p̄ me pas
sus es amoris ardore. Sis michi solatiū in mor
tis agone. ¶ Ad cōpletoriū de sctō spū. ¶ Conuerte
nos De⁹ in adiutoriū. ⁊c. ān. Veni sancte. Hy⁹
Spiritus paraclytus nos velit iuuare.
Gressus nostros regere ⁊ illuminare. Ut
cū deus venerit oēs iudicare. Nos velit ad dexte
rā suam appellare. ℣. Emitte. ¶ Recōmēdatio.
Has horas canonicas cū deuotiōe. Tibi
sancte spūs pia ratione. Dixi vt nos visi
tes inspiratione. Ut viuam⁹ iugiter celi regione.
Salue regina misericordie vita dulcedo et
spes nostra salue. ad te clamam⁹ exules
filii eue. Ad te suspiramus gemētes ⁊ flentes in
hac lachrymarum valle. Eya ergo aduocata no
stra illos tuos misericordes oculos ad nos cōuer
te. ⁊ iesum benedictū fructum ventris tui nobis
post hoc exiliū ostēde. O clemens. O pia. O dul
cis maria. ℣. Aue maria gratia plena dominus
tecum. ℟. Benedicta tu in mulieribus ⁊ benedi
ctus fructus ventris tui. ¶ Oremus.



Omnipotẽs sempiterne deus qui gloriose virginis matris marie corpus et animã vt dignũ filii tui habitaculũ effici mereret̃ spiritusancto cooperante preparasti/da vt cuius commemoratione letamur: eiꝰ pia intercessione ab instantibus malis ⁊ a morte perpetua atq; subitanea liberemur. Per. Fideliũ aĩe defunctorũ per miam dei requiescãt in pace. Amen. ps. Deus misereatur. q̃re in laudibꝰ. ℣. Dñe deus virtutũ cõuerte nos. Et ostende faciẽ tuã et salui erimꝰ. ℣. Exurge christe adiuua nos. ℟. Et libera nos propter nomen tuũ. Dñe exaudi. ¶ Oremus.

Deus qui illuminas noctẽ et lucẽ post tenebras facis: cõcede nobis famulis tuis vt hanc noctẽ sine vllo impedimẽto sathane trãseamus atq; in matutinis horis/ad sanctũ altare tuũ recurrentes tibi domino deo viuo et vero laudes et gratias referamus. Per dñm. Oremꝰ.

Protector in te sperantiũ deꝰ sine quo nichil est validũ nichil sanctũ / multiplica sup nos miam tuã vt te rectore te duce sic transeamus per bona temporalia vt nõ amittamus eterna. Per. Pro fidelibus defũctis. ps. De profundis. ℣. Requiẽ eternã dona eis dñe. Et lux ppetua luceat eis. Dñe exaudi. Req̃re orõnes in officio pro defunctis. ¶ In aduentu dñi officiũ beate marie di modo predicto. exceptꝰ specialibꝰ




añis in tēpore inferius ordinatis. ¶ Ad vesperas primi sabbati de aduentu dñi vsq₃ ad vigiliā natiuitatis dñi dr officium modo subscripto. Sabbato ante primā dñicā de aduentu. Ad vesperas

Deus in adiutorium. Dñe ad adiuuandum.
Gloria patri. ãn. Missus est. cū reliquis añis de laudibus. ps. Dixit dominus. Laudate pueri. cum reliquis psalmis. ¶ Cpm

Egredietur virga de radice iesse et flos de radice eius ascēdet et requiescet super eū spūs dñi. Deo grãs. Hym⁹. Aue maris stella. ℣. Diffusa est grã i labiis tuis. ℟. Propterea bñdixit te. ₇c. Ad magnificat. ãn. Spūssanctus in te descēdet maria ne timeas habens in vtero filiū dei. Allelupa. Kyri el'. Christe el'. Kyri el'. Dñe exaudi. Et clamor meus. ¶ Oremus.

Deus qui de beate marie virginis vtero verbū tuum angelo nunciante carnē suscipere voluisti: presta supplicib⁹ tuis. vt qui vere eam dei genitricē credimus eius apud te intercessionib⁹ adiuuemur. Per eūdē dñm. ₇c. ã. Ecce dñs veniet ₇ oēs sancti ei⁹ cum eo ₇ erit in die illa lux magna. Alla. ℣. Ecce apparebit dñs sup nubē candidā. ℟. Et cū eo sãctorū milia. Orõ.


Conscientias nostras q̃s dñe visitando purifica: vt veniēs dñs noster iesus christus cū omib⁹ sanctis paratā sibi in nobis inue-



niat mansionem. Qui tecum viuit et regnat. etc. Benedicamus dn̄o. Deo grās. Ad cōpletoriū. Conuerte nos. Et auerte. Deus in adiutorium. Dn̄e ad adiuuandum. Gloria patri. etc. Ps. Sepe expugnauerunt. De profundis. Dn̄e non est exaltatum. Hy. Memento. Cpm.

Ecce virgo concipiet et pariet filiū et vocabitur nomen eius emmanuel. butyrū et mel comedet vt sciat reprobare malū et eligere bonū. Deo gratias. ℣. Angelus dn̄i nunciauit marie. Et concepit de spūsācto. ā. Spiritussanctus. ps. Nunc dimittis. ān. Spiritussanctus. Quere in vesperis. Ad matutinas oīa dicuntur sicut ante aduentum dn̄i vsq; ad lectiones. excepta antiphona noni psalmi. Et loco eius vbi dicitur Post partū/ dicitur antiphona. Angelus. Et loco illarū lectionū/ scilicet In oībus requiē Et sic in syon et Quasi cedrus. dicuntur lectiones que sequuntur. Lectio prima.

Missus est gabriel angelus a deo in ciuitatem galilee cui nomen nazareth ad virginem desponsatam viro cui nomē erat ioseph/ de domo dauid et nomen virginis maria. Et ingressus angelus ad eam dixit. Aue gratia plena dominus tecū: benedicta tu in mulieribus. Tu autem domine miserere nostri. Deo gratias. ℟. Missus est gabriel angelus ad mariā virginē




desponsatam ioseph nuncians ei verbum et expauescit virgo de lumine ne timeas maria inuenisti gratiam apud dominum. Ecce concipies et paries filium: et vocabitur altissimi filius. ℣. Dabit ei dominus sedem dauid patris eius et regnabit in domo iacob ineternum. Ecce concipies et paries. &c. ¶ Lectio secunda.


Que cum audisset turbata est in sermone eius & cogitabat qualis esset ista salutatio. Et ait angelus ei. Ne timeas maria inuenisti enim gratiam apud deum. Ecce concipies in vtero et paries filium: et vocabis nomen eius iesum. Hic erit magnus et filius altissimi vocabitur. Et dabit illi dominus deus sedem dauid patris eius et regnabit in domo iacob ineternum et regni eius non erit finis. Tu autem domine. ℟. Aue maria. Spiritussanctus superueniet in te & virtus altissimi obumbrabit tibi quod enim ex te nascetur sanctum vocabitur filius dei. ℣. Quomodo fiet istud quoniam virũ non cognosco: & respondens angelus dixit ei. Spiritussanctus superueniet in te. &c. ¶ Lectio tercia.

Dixit autem maria ad angelum. Quomodo fiet istud quoniã virũ non cognosco: Et respondẽs angelus dixit ei. Spiritussãctus superueniet in te: et virtus altissimi obumbrabit tibi. Ideoq3 & quod nascetur ex te sanctũ

42




Vocabitur filius dei. Et ecce elizabeth cognata
tua et ipsa concepit filiū in senectute sua. Et hic
mensis est sextus illi que vocatur sterilis qꝛ non
erit impossibile apud deum omne verbū. Dixit
autem maria. Ecce ancilla domini. Fiat michi
secundū verbum tuum. Tu autem domine. ℟.
Suscipe verbum virgo maria quod tibi a domi-
no per angelum transmissum est cōcipies deum
pariter ⁊ hominē. Ut benedicta dicaris inter om
nes mulieres. ℣. Paries quidē filium et virgini
tatis non patieris detrimentū. efficieris graui-
da et eris mater semper intacta. Ut benedicta.
Gloria patri. Ut bn̄dicta. In laudibꝰ. an̄.
Missus est gabriel angelus ad mariā vir-
ginē desponsatam ioseph. ps. Dominus
regnauit. an̄. Aue maria gratia plena dn̄s tecū
benedicta tu in mulieribus et benedictus fructꝰ
ventris tui. Alleluya. ps. Jubilate. ⁊c. an̄. Ne ti-
meas maria inuenisti gratiā apud dominū ecce
concipies et paries filiū. Alleluya. ps. Deus deꝰ
meus. an̄. Dabit ei dn̄s sedē dauid patris eius ⁊
regnabit in domo iacob ineternū. ps. Benedici-
te oīa. an̄. Ecce ancilla dn̄i fiat michi scdm̄ vbū
tuum. ps. Laudate dominū de celis. ⁊c. Cpm.
Egredietur. quere in primis vesperis. Hymnus
O gloriosa. ℣. Benedicta tu in mulieribus. ℟.
Et benedictꝰ fructus ventris tui. Ad benedictꝰ.



ān. Spiritussanctus.ꝛc. Kyri eleyson. Christe eleyson Kyri eleysō. Oratio. Deus qui de beate marie.ān. Ecce dn̄s veniet. ℣. Ecce apparebit. ℟. Et cum eo. Oratio. Conscientias.ꝛc. Quere totū in primis vesperis. ān. Aue stella matutina. Ad primā.ā. Missus ē gabriel. ℣. Digna re me laudare te virgo sacrata. ℟. Da michi virtutē contra hostes tuos. Orō. Deus qui de beate marie.ā. Ecce dn̄s veniet. ℣. Ecce apparebit ℟. Et cum eo. Orō. Conscientias nostras. Et dicitur ad oēs horas. Ad terciam.ā. Aue maria. Cp̄m. Egredietur. ℣ꝰ. Diffusa. Pro sanctis. Vt supra. Ad sextam.ān. Ne timeas.ꝛc. ¶ Cp̄m.

Dabit ei dn̄s sedem dauid patris eius et regnabit in domo iacob ineternum ꝛ regni eius non erit finis. Deo grās. ℣. Benedicta tu in mulieribus. ℟. Et benedictus fructus ventris tui. Pro sanctis. Vt sup̄. Ad nonā.ān. Ecce ancilla. Cp̄m. Ecce virgo cōcipiet. ℣ꝰ. Angelus domini nunciauit marie. Et concepit de spiritu sancto. Orationes et ℣ꝰ de sanctis. Vt supra. Ad vesperas et completoriū. Vt supra. Benedicamus domino. Deo gratias.

¶ Notandum est ꝙ aduentus domini semper incipit in dominica proximiori festo sancti andree siue sit ante siue post. Verūtamen si accidat ꝙ festū sancti andree cadat in dn̄ica: etiam ibi in




eadem dñica debemus incipere aduentum dñi. Et quando festum beati andree est in die iouis/ Veneris/ Vel sabbati/ aduentus dñi erit in dñica sequenti. Quando vero est in die lune/ martis/ Vel mercurii/ aduentus domini incipit in dominica precedenti. Et hec sufficiant.

¶ Posterius notandū est q̄ a vigilia natiuitatis dñi vsq3 ad purificationē beate marie fit officiū sicut ante aduentū. excepto q̄ per omnes horas dicitur hec orõ. Deus qui salutis. additis orõnibus de apostolis cū aliis ⁊ cū suis versiculis ⁊ antiphonis sicut notatū est āte aduentū in officio.

¶ Et nota q̄ nichil mutatur in matutinis sed dicitur ad longum sicut sunt notata.

¶ Item ad laudes ⁊ per omnes horas diei ⁊ ad vesperas et ad completoriū dicuntur antiphone que sequunt̄: q̄r loco illius antiphone Assumpta est: dicitur hec ātiphona. O admirabile commerciū creator generis humani animatū corpus sumens de virgine nasci dignatus est et procedens homo sine semine largitus est nobis suam deitatem. ps. Dominus regnauit. Vt sup. ān. Quando natus es ineffabiliter ex virgine tūc implete sunt scripture/ sicut pluuia in vellus descendisti vt saluuz faceres genus humanū: te laudamus deus noster. ps. Jubilate deo omnis t̄ra. Vt sup. ān. Rubum quē viderat moyses incōbustum cō




seruatam anouimus tuam laudabilem virginitatē: dei genitrix intercede ꝑ nobis. ps. Deus deus meus. ꝛc. an. Germinauit radix iesse orta est stella ex iacob virgo peperit saluatorē: te laudamus deꝰ noster. ps. Benedicite oīa opera. ꝛc. an. Ecce maria genuit nobis saluatorē quē iohannes videns exclamauit dicens: ecce agnus dei ecce qui tollit peccata mundi. Alleluya. ps. Laudate dn̄m de celis. Ut supra. Ad benedictus. an. Mirabile mysteriū declarat̄ hodie innouantur nature deꝰ homo factus est id qđ fuit permāsit et quod non erat assumpsit non cōmixtionē passus neqꝫ diuisionē. Ad magnificat et Nunc dimittis. an. Magnum hereditat̄ mysterium templum dei factus est vterus nesciens virum non est pollutus ex ea carnem assumens omnes gentes venient dicentes/gloria tibi domine.


¶ Sciendū est ꝙ a vigilia pasche vsqꝫ ad ascensionem domini fit officiū beate marie sicut ante aduentū. Excepto ꝙ ad Benedictus ꝛ ad Magnificat dicitur hec antiphona.

Regina celi letare alleluya. Quia quem meruisti portare alleluya. Resurrexit sicut dixit: alleluya. Ora pro nobis deum Alleluya.


¶ Sequuntur septem psalmi penitentiales. an. Ne reminiscaris. ¶ Psalmus.




Domine ne in furore tuo arguas me:
neqz in ira tua corripias me. Misere
re mei dñe quoniã infirmus sum: sana



me domine quoniam conturbata sunt ossa mea
Et anima mea turbata est valde: sed tu domi-
ne vsquequo. Conuertere dñe ⁊ eripe animam
meã: saluũ me fac ꝓpter mĩam tuam Quoniã
nõ est in morte qui memor sit tui: in ĩferno autẽ
quis cõfitebitur tibi. Laboraui in gemitu meo
lauabo ꝑ singulas noctes lectũ meũ: lachrymis
meis stratũ meum rigabo. Turbatus est a fu-
rore oculus meus: inueteraui inter omẽs inimi
cos meos. Discedite a me oẽs ꝗ operamini ini-
quitatẽ: quoniã exaudiuit dñs vocẽ fletus mei.
Exaudiuit dñs deprecationẽ meã: dñs oratio-
nem meã suscepit. Erubescant et conturbentur
vehementer omnes inimici mei: cõuertantur et
erubescant valde velociter. Gloria patri. Ps.
Beati quorũ remisse sunt iniquitates: et
quorũ tecta sũt peccata. Beatus vir cui
non ĩputauit dñs peccatũ: nec est in spiritu eius
dolus. Quoniã tacui inueterauerũt ossa mea:
dũ clamarẽ tota die. Qm̃ die ac nocte grauata
est super me manus tua: cõuersus sũ in erumna
mea dũ confrigitur spina. Delictũ meũ cognitũ
tibi feci: et iniusticiã meam nõ abscondi. Dixi
confitebor aduersũ me iniusticiã meã dño: et tu
remisisti impietatẽ peccati mei. Pro hac orabit
ad te oĩs sanctus: in tempore oportuno. Verun-
tamẽ in diluuio aquarum multarũ: ad eum nõ




approximabūt Qui es refugiū meū a tribulati
one que circūdedit me: exultatio mea erue me a
circūdantib⁹ me. Intellectū tibi dabo ⁊ instruā
te in via hac qua gradieris: firmabo super te ocu
los meos. Nolite fieri sicut equus ⁊ mulus: qui-
bus non est intellectus. In chamo et freno ma-
xillas eorꝝ constringe: qui nō approximāt ad te.
Multa flagella pctōris sperantē autē in dño mi
sericordia circūdabit. Letamini in dño ⁊ exulta
te iusti: ⁊ gloriamini omēs recti corde. Gloria. ps
Domine ne in furore tuo arguas me: ne
qz in ira tua corripias me. Quoniā sa-
gitte tue infixe sūt michi: et cōfirmasti super me
manū tuā. Non est sanitas in carne mea a fa-
cie ire tue: nō est pax ossibus meis a facie pctōꝝ
meorū. Quoniā iniquitates mee supgresse sūt ca
put meū: et sicut onus graue grauate sunt super
me. Putruerūt et corrupte sūt cicatrices mee: a
facie insipientie mee. Miser factus sū ⁊ curuat⁹
sū vsqz in finē: tota die cōtristatus ingrediebar.
Quoniā lumbi mei īpleti sūt illusionib⁹: ⁊ non
est sanitas in carne mea. Afflictus sum ⁊ humi
liatus sum nimis: rugiebā a gemitu cordis mei.
Dñe ante te omne desideriū meū: ⁊ gemit⁹ me⁹
a te nō est absconditus. Cor meum conturbatū
est dereliquit me virtus mea: ⁊ lumē oculoꝝ meo
rū ⁊ ipsum non est mecū. Amici mei et proximi




mei: aduersum me appropinquauerūt et steterūt
Et qui iuxta me erant delōge steterunt: ⁊ vim
faciebant qui querebant animā meā. Et qui in
quirebant mala michi locuti sunt vanitates: et
dolos tota die meditabant. Ego autē tanq̄ sur-
dus non audiebā: ⁊ sicut mutus nō aperiens os
suum. Et factus sum sicut homo nō audiens:
⁊ nō habens in ore suo redargutiones. Quoniā
in te dn̄e speraui: tu exaudies me dn̄e deus meꝰ.
Quia dixi nequando supergaudeāt michi ini-
mici mei: et dū commouentur pedes mei sup me
magna locuti sūt. Quoniā ego in flagella para-
tus sum: et dolor meus in conspectu meo semper
Quoniā iniquitatē meā annūciabo et cogita-
bo pro peccato meo. Inimici autē mei viuunt
et confirmati sunt super me: et multiplicati sunt
qui oderūt me inique. Qui retribuūt mala pro
bonis detrahebant michi: qm̄ sequebar bonitatē
Ne derelinquas me domine deus meus: ne di-
scesseris a me. Intēde in adiutorium meū: dn̄e
deus salutis mee. Gloria patri. Ps.
Miserere mei deꝰ: scdm̄ magnā misericor-
diā tuā. Et scdm̄ multitudinē miserati
onū tuarū: dele iniquitatē meā. Amplius laua
me ab iniq̄tate mea: ⁊ a peccato meo munda me.
Quoniā iniq̄tatē meā ego cognosco: et peccatū
meum contra me est semper. Tibi soli peccaui


48



et malū corā te feci: Vt iustificeris in sermoni-
bus tuis ⁊ vincas cum iudicaris Ecce enim in
iniquitatibus conceptus sum: ⁊ in peccatis con-
cepit me mater mea. Ecce enim veritatē dile-
xisti incerta ⁊ occulta sapientie tue manifestasti
michi Asperges me domine hysopo et munda-
bor: lauabis me et super niuem dealbabor. Au-
ditui meo dabis gaudiū et leticiā: et exultabunt
ossa humiliata. Auerte faciē tuam a peccatis
meis: ⁊ omnes iniquitates meas dele Cor mū-
dum crea in me deus: et spiritū rectū innoua in
visceribus meis Ne proiicias me a facie tua: et
spiritū sanctum tuum ne auferas a me. Redde
michi leticiam salutaris tui: et spiritu principa-
li confirma me. Docebo iniquos vias tuas: et
impii ad te conuertētur. Libera me de sangui-
nibus deus deꝰ salutis mee: et exultabit lingua
mea iusticiā tuam Domine labia mea aperies
et os meum annunciabit laudē tuā Quoniam
si voluisses sacrificiū dedissem: vtiqꝫ olocaustis
non delectaberis Sacrificiū deo spiritus contri-
bulatus cor contritum et humiliatū deus nō de-
spicies Benigne fac domine in bona voluntate
tua syon: Vt edificētur muri hierusalem Tunc
acceptabis sacrificium iusticie oblationes et olo-
causta: tunc imponent super altare tuum vitu-
los. Gloria patri. Sicut erat. ⁊c. ℂ ps.




DOmine exaudi orationē meā: et clamor meus ad te veniat. Nō auertas faciem tuam a me: in quacunqȝ die tribulor inclina ad me aurem tuam. In quacunqȝ die inuocauero te: velociter exaudi me. Quia defecerūt sicut fumus dies mei: et ossa mea sicut cremiū aruerunt. Percussus sum vt fenum et aruit cor meum quia oblitus sum comedere panem meum. A voce gemitus mei: adhesit os meū carni mee. Similis factus sū pellicano solitudinis: factus sum sicut nicticorax in domicilio. Uigilaui et factus sū sicut passer: solitarius in tecto. Tota die exprobrabāt michi īimici mei: ꝛ qui laudabāt me aduersum me iurabāt. Quia cinerem tanq̄ panem mādiucabā: et potū meū cum fletu miscebam. A facie ire indignationis tue: quia eleuās allisisti me. Dies mei sicut vmbra declinauerūt et ego sicut fenum arui. Tu autem domine in eternū permanes: et memoriale tuū in generatione et generationē. Tu exurgens dn̄e misereberis syō: quia tempus miserēdi eius q[uia] venit tempus. Quoniā placuerūt seruis tuis lapides ei[us]: et terre eius miserebūtur. Et timebunt gentes nomē tuū dn̄e: ꝛ om̄es reges terre gloriā tuam. Quia edificauit dn̄s syon: et videbitur in gloria sua. Respexit in orationē humilium: et non spreuit precē eoꝝ. Scribātur hec in generatione




altera: ⁊ populus qui creabit᷑ laudabit dñm. Qꝛ
prospexit de excelso sancto suo: dñs de celo in ter-
ram aspexit. Ut audiret gemitus cõpeditorũ: et
solueret filios interemptorũ. Ut annuncient in
syon nomẽ dñi: ⁊ laudẽ eius in hierusalẽ. In cõ-
ueniendo populos inunum: et reges vt seruiant
dño. Respondit ei in via virtutis sue: paucitatẽ
dierũ meorũ nuncia michi. Ne reuoces me in di-
midio dierũ meorũ: in generatione et generati-
onem anni tui. Initio tu dñe terrã fundasti: et
opera manuũ tuarũ sunt celi. Ipsi peribunt tu
autem permanes ⁊ omẽs sicut vestimentũ vete-
rascent. Et sicut opertoriũ mutabis eos et mu-
tabuntur tu autem idem ipse es: et anni tui non
deficiẽt. Filii seruorũ tuorũ habitabũt et semen
eorũ in seculum dirigetur. Gloria patri. ¶ ps.

De profundis clamaui ad te dñe: dñe ex-
audi vocem meã. Fiant aures tue in-
tendentes: in vocem deprecationis mee. Si ini-
quitates obseruaueris dñe: dñe quis sustinebit.
Quia apud te propiciatio est: et ꝓpter legem
tuã sustinui te dñe. Sustinuit aĩa mea in verbo
eius: sperauit aĩa mea in dño. A custodia matu-
tina vsqꝫ ad noctem: speret israel in dño. Quia
apud dominũ misericordia: et copiosa apud eum
redemptio. Et ipse redimet israel: ex omnibus
iniquitatibus eius. Gloria patri. ¶ ps.



Domine exaudi orationē meā auribus
percipe obsecrationē meam: in veritate
tua exaudi me in tua iusticia. Et non intres in
iudiciū cum seruo tuo dn̄e: quia non iustificabi-
tur in conspectu tuo omnis viuens. Quia perse
cutus est īimicus animā meam: humiliauit in
terra vitā meā. Collocauit me in obscuris sicut
mortuos seculi / et anxiatus est sup me spiritus
meus: in me turbatū est cor meum. Memor fui
dierum antiquorū meditatus sum in omnibus
operibus tuis: in factis manuum tuaꝝ medita-
bar. Expandi manus meas ad te: anima mea
sicut terra sine aqua tibi. Velociter exaudi me
dn̄e: defecit spiritus meus. Non auertas faciem
tuā a me: et similis ero descendentibus in lacum.
Auditā fac michi mane misericordiā tuam: qr
in te speraui. Notam fac michi viā in qua am-
bulē: quia ad te leuaui animā meā. Eripe me
de inimicis meis domine ad te confugi doce me
facere volūtatē tuā: quia deꝰ meus es tu. Spiri
tus tuus bonus deducet me in terram rectā pro-
pter nomen tuū domine viuificabis me in equi-
tate tua. Educes de tribulatione animā meā: et
in misericordia tua disperdes omnes inimicos
meos. Et perdes omnes qui tribulant animā
meā: quoniā ego seruus tuus sū. Gloria patri.
Sicut erat. ā. Ne reminiscaris dn̄e delicta nrā




vel parentū nostrorum neqz vindictā sumas de peccatis nostris. Parce domine parce populo tuo quem redemisti precioso sanguine tuo ne ineternum irascaris nobis.

Letania.


Kyrieleyson. Christe eleyson. Kyri eleyson. Christe audi nos. Pater de celis deus miserere nobis. Fili redēptor mūdi deus: miserere nobis. Spūssancte de⁹: miserere nobis.
Sancta trinitas vnus deus: miserere nobis.

Sancta maria — Ora pro nobis.
Sancta dei genitrix — ora
Sancta virgo virginum — ora
Sancte michael — ora
Sancte gabriel — ora
Sancte raphael — ora
Omēs scti angeli et archāgeli dei. Orate pro nobis
Omnes sancti beatorum spirituū ordines — orate
Sancte iohannes baptista — ora
Omnes sancti patriarche et prophete — orate
Sancte petre — ora
Sancte paule — ora
Sancte andrea — Ora pro nobis
Sancte iacobe — ora
Sancte iohannes — ora
Sancte philippe — ora
Sancte iacobe — ora
Sancte bartholomee — ora



Sancte thoma or.
Sancte mathee or.
Sancte iacobe or.
Sancte symon ∴ Ora pro nobis
Sancte thadee or.
Sancte mathia or.
Sancte barnaba or.
Sancte luca Ora pro nobis
Sancte marcialis or.
Omnes sancti apostoli et euāgeliste dei or̄t
Omnes sancti discipuli domini or̄t
Omnes sancti innocētes or̄t
Sancte stephane or.
Sancte clemens or.
Sancte sebastiane Ora pro nobis
Sancte laurenti or.
Sancte vincenti ∴ or.
Sancte thoma or.
Sancte geruasi Ora pro nobis
Sancte prothasi or.
Sancte dyonisi cum sociis tuis or.
Sancte maurici cum sociis tuis or.
Sancte eustachi cum sociis tuis or.
Sancte georgi or.
Sancte eutropi or.
Sancte quintine Ora pro nobis
Omnes sancti martyres or̄t

49



Sancte siluester or

Sancte gregori or

Sancte nicasi Ora pro nobis

Sancte ambrosi or

Sancte augustine or

Sancte hieronime or

Sancte remigi Ora pro nobis

Sancte marcelle or

Sancte nicolae or

Sancte eligi or

Sancte egidi Ora pro nobis

Sancte iuliane or

Sancte benedicte or

Sancte maure or

Sancte leobine Ora pro nobis

Sancte sulpici or

Sancte leonarde or

Sancte guillerme or

Omēs sancti cōfessores et pōtifices dei orate

Sancta anna or

Sancta maria magdalena or

Sancta agatha or


Sancta agnes or Sancta lucia or

Sancta cecilia or


Sancta katherina or

Sancta barbara Ora pro nobis

Sancta margareta or




Sancta fides or
Sancta spes Ora pro nobis
Sancta caritas or
Omnes sancte virgines or i
Omnes sancti et sancte dei or i
Propicius esto. Parce nobis domine. Ab omni malo. Libera nos domine. Ab insidiis dyaboli. li. A damnatione perpetua. li. A spiritu fornicationis. l. Ab appetitu inanis glorie. li. Ab ira et odio et omni mala voluntate. l. A cecitate cordis. l. A furgure et tempestate. l. A subitanea et improuisa morte. l. Per mysterium sancte incarnationis tue. l. Per aduentum tuum. l. Per natiuitatem tuam. l. Per passionē crucem et mortē tuam. l. Per gloriosā resurrectionem tuam. l. Per admirabilem ascensionē tuam. l. Per gratiam sancti spiritus paraclyti l. In hora mortis: succurre nobis domine. In die iudicii. Libera nos dñe. Peccatores. Te rogamus audi nos. Ut pacem nobis dones: te rogamus audi nos. Ut misericordia et pietas tua nos custodiat. te ro. Ut ecclesiam tuam regere et defensare digneris. te ro. Ut omnibus benefactoribus nostris sempiterna bona retribuas. te ro. Ut omnibus fidelibus defūctis requiem eternam dones. te ro. Ut oīa peccata nostra nobis dimittas. te. Ut nos exaudire digneris. te.



Fili dei. te ro. Fili dei. te ro. Fili dei. te ro. Agnus dei qui tollis peccata mundi: parce nobis domine Agnus dei qui tollis peccata mundi: exaudi nos domine Agnus dei qui tollis peccata mundi: dona nobis pacem. Kyrie eleyson. Christe eleyson. Kyrie eleyson. Pater noster. Et ne nos. Sed libera. ¶ Psalmus.

Deus in adiutorium meum intende: domine ad adiuuandū me festina. Confundantur et reuereantur: qui querūt animam meam. Auertantur retrorsum et erubescant: qui volunt michi mala. Auertantur statim erubescentes: qui dicunt michi euge euge. Exultēt et letentur in te omnes qui querunt te: et dicant semper magnificetur dominus qui diligunt salutare tuum. Ego vero egenus et pauper sum: deus adiuua me. Adiutor meus et liberator meus es tu domie ne moreris. Gloria patri et filio et spiritui sācto. Sicut erat in principio et nūc et semper et in secula seculorum. Amen. ℣. Saluos fac seruos tuos et ancillas tuas. ℟. Deus meus sperantes in te. ℣. Esto nobis domine turris fortitudinis. ℟. A facie inimici. ℣. Nichil proficiat inimicus in nobis. ℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere nobis. ℣. Domine nō secundum peccata nostra facias nobis. ℟. Neque secundum iniquitates nostras retribuas nobis



℣. Oremus pro papa nostro. ℟. Dominus conseruet eum et viuificet eum et beatū faciat eum in terra: ⁊ non tradat eum in manus inimicorū eius. ℣. Oremus pro benefactoribus nostris. ℟. Retribuere dignare dn̄e omnibus nobis bona facientibus propter nomen sanctū tuum vitam eternam. Amen. Versus. Oremus pro fidelibus defunctis. ℟. Requiem eternā dona eis domine et lux perpetua luceat eis. ℣. Requiescant in pace. ℟. Amen. ℣. Oremus pro fratribus nostris abscentibus. ℟. Saluos fac seruos tuos et ancillas tuas/deus meᵒ sperantes in te. ℣. Mitte eis domine auxilium de sācto ℟. Et de syon tuere eos. ℣. Domine exaudi orationem meam ℟. Et clamor meus ad te veniat. Orō.


Deus cui proprium est misereri semper et parcere suscipe deprecationē nostram vt quos delictorum cathena constringit miseratio tue pietatis absoluat.

Exaudi quesumus dn̄e supplicū preces et cōfitentiū tibi parce peccatis: vt pariter indulgentiā nobis trebuas benignus et pacē.

Ineffabilem nobis domine misericordiam tuā clementer ostēde: vt simul nos ⁊ a peccatis omnibus exuas: et a penis quas pro his meremur benignus eripias. Per.

Deus qui culpa offenderis penitentia

51



placaris preces populi tui supplicātis propicius respice: et flagella iracundie tue que pro peccatis nostris meremur auerte. Per. ¶ Collecta.


Omnipotens sempiterne deus miserere famulo tuo. N. pape nostro et dirige eū secundū clementiam tuam in viam salutis eterne: ut te donante tibi placita cupiat: et tota virtute perficiat. Per dominū nostrum iesum christum filium tuum. ꝛc. ¶ Collecta

Deus a quo sancta desideria recta consilia et iusta sunt opera: da seruis tuis illam quam mundus dare non potest pacem: ut ꝛ corda nostra mandatis tuis dedita et hostiū sublata formidine tpa sint tua ꝓtectiōe trāquilla.

Ure igne sancti spiritus renes nostros et cor nostrū domīe ut tibi casto corpore seruiamus et mundo corde placeam⁹. ¶ Collecta.

Fidelium deus omnium conditor et redēptor animabus famulorum famularūqꝫ tuarum remissionem cunctorum tribue peccatorum: ut indulgentiam quam semper optauerunt piis supplicationibus consequantur. Qui viuis et regnas deus. Per omnia secula seculorum. Amen. ¶ Collecta.

Actiones nostras quesumus domīe aspirando preueni/ et adiuuando prosequere: ut cuncta nostra opera a te semper incipiant et




per te cepta finiantur. ¶ Collecta.


Omnipotens sempiterne deus qui viuorum dominaris simul et mortuorū omniūqꝫ misereris quos tuos fide et opere futuros esse prenoscis te suppliciter exoramꝰ: Ut pro quibus preces effundere decreuimus quosqꝫ vel presens adhuc seculū in carne retinet: vel futurum iam exutos corpore suscepit intercedentibus omnibus sanctis tuis pietatis tue clementia delictorum suorum veniam et gaudia consequi mereantur eterna. Per dominum nostrum iesum christum filium tuum qui tecum viuit et regnat in vnitate spiritussancti deus. Per omnia secula seculorum. Amen.

¶ O beatissime domine iesu christe respicere digneris super me miserum peccatorem oculis misericordie tue quibus respexisti petrū in atrio mariam magdalenam in conuiuio/et latronem in crucis patibulo. Et fac de tua benigna gratia vt cum petro digne fleam/cum maria magdalena perfecto amore te diligam et cum latrone in secula seculorum te videam. Amen.


¶ Sequuntur vigilie mortuorum. Ad vesperas. ān. Placebo. ¶ Psalmus.



Dilexi quoniā exaudiet dominus: Vo
cem orationis mee. Quia inclinaui
aurem suā michi: ⁊ in diebus meis in




ucoabo. Circundederūt me dolores mortis: ꝛ pericula inferni inuenerūt me. Tribulationē ꝛ dolorem inueni: et nomen domini inuocaui. O domine libera animā meam misericors dñs et iustus: et deus noster miseretur. Custodiēs paruulos dñs: humiliatus sū ꝛ liberauit me. Conuertere aīa mea in requiē tuā: quia dñs benefecit tibi. Quia eripuit animā meā de morte: oculos meos a lachrymis pedes meos a lapsu. Placebo dño: in regione viuorū. Requiē eternā dona eis dñe: et lux perpetua luceat eis. ān. Placebo dño in regione viuorū. ān. Heu me quia incolatus meus prolongatus est. ps. Ad dñm cū tribularer. ān. Dñs custodit te ab oī malo custodiat animā tuā dñs. ps. Leuaui oculos. ān. Si iniquitates obseruaueris dñe: dñe quis sustinebit. ps. De profundis. ꝛc. ān. Opera. ps. Confitebor tibi domine in toto corde meo quoniā audisti verba oris mei. In conspectu angelorū psallā tibi: adorabo ad templum sanctū tuum et confitebor nomini tuo. Super misericordia tua et veritate tua: qm̄ magnificasti super omne nomē sanctū tuum. In quacūq3 die inuocauero te exaudi me: multiplicabis in anima mea virtutē. Confiteantur tibi dñe omnes reges terre: quia audierūt omnia verba oris tui. Et cantent in viis dñi: qm̄ magna est



gloria dn̄i. Quoniā excelsus dn̄s et humilia respicit: et alta alonge cognoscit. Si ambulauero in medio tribulationis viuificabis me et super irā inimicorꝝ meorū extendisti manū tuam: et saluū me fecit dextera tua. Dn̄s retribuet ꝓ me dn̄e mīa tua in seculū: opera manuū tuarꝝ ne despicias. Requiem. ān. Opera manuū tuarꝝ dn̄e ne despicias. ℣. Audiui vocem de celo dicentem. ℟. Beati mortui q̄ in dn̄o moriunẗ. ān. Omne quod dat michi pater ad me veniet ⁊ eum qui venit ad me nō eiiciam foras. ps. Magnificat. ⁊c. Pater noster. Et ne nos. Sed libera. ps.

Lauda anima mea dn̄m laudabo dominum in vita mea: psallā deo meo q̄diu fuero. Nolite confidere in principibꝰ: in filiis hominū in quibus nō est salus. Exibit spūs eius ⁊ reuertetur in terrā suā: in illa die peribunt omnes cogitationes eorū. Beatus cuius deꝰ iacob adiutor eius spes eius in dn̄o deo ipsius qui fecit celum et terram: mare et omnia que in eis sunt. Qui custodit veritatē in seculum facit iudiciū iniuriam patientibus: dat escam esurientibus. Dn̄s soluit compeditos: dn̄s illuminat cecos. Dn̄s erigit elisos: dn̄s diligit iustos. Dn̄s custodit aduenas pupillum et viduā suscipiet: et vias peccatorum disperdet. Regnabit dn̄s in secula deus tuus syon: in generatione ⁊ generationē



Requiem .ꝛc. ℣. Requieſcant in pace. Amen. ℣. A porta inferi. ℟. Erue domine animas eorum Domine exaudi orationem meam. Et clamor meus ad te veniat. ¶ Oremus.

Deus qui inter apoſtolicos ſacerdotes famulos tuos pōtificali ſeu ſacerdotali feciſti dignitate vigere: preſta queſumus. Vt eorū quoqꝫ perpetuo aggregentur conſortio. Per.


Deus venie largitor et humane ſalutis amator q̄s clementiam tuam: vt noſtre congregationis fratres/ſorores/propinquos/ et omēs benefactores noſtros qui ex hoc ſeculo trāſierunt: beata maria ſemper virgine intercedente cum omnibus ſanctis tuis ad perpetue beatitudinis conſortium peruenire concedas

Fidelium deus omniū conditor et redemptor animabꝰ famulorum famularūqꝫ tuarum remiſſionē cunctorum tribue peccatorū vt indulgentiam quam ſemper optauerunt piis ſupplicationibus conſequantur. Qui viuis ⁊ regnas deus. Per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

¶ Ad matutinas. Inuitatorium. Regem cui omnia viuunt. Venite adoremus ¶ Ps. Venite exultemus. ꝛc. ¶ In p̄rio nocturno. ān. Dirige. ¶ Pſalmus.


Verba mea auribus percipe dn̄e: intellige clamorē meum. Intēde voci orationis

54




mee: rex meus et deus me⁹ Quoniam ad te ora
bo dñe: mane exaudies vocē meā. Mane astabo
tibi et videbo: qm̄ non deus volens iniquitatem
tu es. Neqꝫ habitabit iuxta te malignus: neqꝫ
permanebunt iniusti ante oculos tuos. Odisti
omnes qui operātur iniquitatem: perdes omēs
qui loquuntur mendaciū. Virū sanguinū ⁊ do=
losū abominabitur dñs ego autem in multitudi
ne misericordie tue. Introibo in domū tuā: ado
rabo ad templū sanctū tuum in timore tuo. Do
mine deduc me in iusticia tua propter inimicos
meos: dirige in conspectu tuo viam meā. Quo=
niā nō est in ore eorū veritas: cor eorum vanum
est. Sepulchrum patens est guttur eorum lin=
guis suis dolose agebant: iudica illos deus.
Decidāt a cogitationibus suis secūdum mul=
titudinem impietatū eorum expelle eos: quoni=
am irritauerūt te dñe. Et letentur omnes qui
sperāt in te: ineternū exultabūt et habitabis in
eis. Et gloriabūtur in te omnes qui diligūt no=
men tuū: quoniā tu benedices iusto. Dñe vt scu
to: bone voluntatis tue coronasti nos. Requiē
ān. Dirige dñe deus meus in conspectu tuo viā
meam. ān. Conuertere Psalmus.

Domine ne in furore tuo arguas me: ne=
qꝫ in ira tua corripias me. Miserere mei
dñe quoniā infirmus sum sana me dñe: quoniā




conturbata sunt ossa mea Et aia mea turbata
est valde sed tu domie vsq̄quo. Conuertere dñe
et eripe animā meā: saluum me fac ꝓpter mise-
ricordiā tuā. Quōm non est in morte qui memor
sit tui: in inferno autē quis cōfitebitur tibi La-
boraui in gemitu meo lauabo per singulas no-
ctes lectū meū: lachrymis meis stratū meum ri-
gabo Turbatus est a furore oculus meus: inue
teraui inter omnes inimicos meos. Discedite
a me omnes qui operamini iniquitatē: quoniā
exaudiuit dñs vocē fletus mei Exaudiuit dñs
deprecationē meā: dñs orationē meam suscepit.
Erubescant et conturbentur vehementer om-
nes inimici mei: conuertantur ⁊ erubescant val-
de velociter. Requiem. ān. Conuertere dñe ⁊ eri
pe animā meam quoniam non est in morte qui
memor sit tui. ān. Ne quando. Psalmus.

Domine deus meus in te speraui saluum
me fac ex omibus ꝑsequētibus me ⁊ libe-
ra me. Nequando rapiat vt leo animā meā: dū
non est qui redimat neq; qui saluū faciat. Dñe
deus me⁹ si feci istud: si est iniquitas in manib⁹
meis Si reddidi retribuentibus michi mala: de
cidam merito ab inimicis meis inanis. Perse-
quatur inimicus animam meam et comprehen-
dat et conculcet in terra vitā meā: et gloriā meā
in puluerem deducat. Exurge dñe in ira tua: et




expaltare in finibus inimicorū meorū. Et expurge dñe deus meus in precepto quod mandasti: et synagoga populorū circūdabit te. Et ppter hāc in altū regredere: dñs iudicat populos. Iudica me dñe secūdum iusticiā meā: et secundū innocētiam meā super me. Cōsumetur nequicia pctōrum et diriges iustum: scrutās corda et renes de⁹. Iustū adiutoriū meū a dño: qui saluos facit rectos corde. Deus iudex iust⁹ fortis et patiēs: nunquid irascit̄ p singulos dies. Nisi cōuersi fueritis gladiū suum vibrauit: arcū suum tetendit et parauit illū. Et in eo parauit vasa mortis: sagittas suas ardentibus effecit. Ecce parturit iniusticiam: concepit dolorem et peperit iniquitatem. Lacū aperuit et effodit eū: et incidit in foueam quā fecit. Conuertetur dolor eius in caput eius et in verticem ipsius iniquitas eius descendet. Confitebor dño secundū iusticiā eius: et psallā nomini dñi altissimi. Requiem eternā. ān. Ne quādo rapiat vt leo animā meā dum nō est qui redimat neqz qui saluū faciat. ℣. A porta inferi. ℟. Erue dñe aīas eorū. Pat̄ noster. Lctō prima.

Parce michi domine: nichil enī sunt dies mei. Quid est homo qr magnificas eum aut quid apponis erga eum cor tuū? Visitas eū diluculo et subito probas illū. Vsquequo non parcis michi: nec dimittis me vt glutiam saliuam



meam? Peccaui. Quid faciã tibi o custos homi-
num? Quare posuisti me contrarium tibi: et fa-
ctus sum michimetipsi grauis? Cur non tollis
peccatum meum: ꝛ quare non aufers iniquitatẽ
meam? Ecce nunc in puluere dormio: et si mane
me quesieris non subsistam. ℞. Credo ꝙ redem-
ptor meus viuit et in nouissimo die de terra sur-
recturus sum. Et in carne mea videbo deum sal-
uatorem meum. ℣. Quem visurus sum egoipse
et non alius et oculi mei conspecturi sunt. Et in
carne mea videbo deum saluatorẽ meũ. Lectõ. ij.


Tedet animã meã vite mee: dimittã ad-
uersũ me eloquiũ meũ. Loquar in ama-
ritudine anime mee: dicam deo. Noli me cõdem-
nare. Indica michi cur me ita iudices? Nũquid
bonum tibi videtur si calumnieris et opprimas
me opus manuum tuarum: et consilium impio-
rum adiuues? Nunquid oculi carnei tibi sunt:
aut sicut videt homo ꝛ tu videbis? Nũquid sicut
dies hominis dies tui et anni tui sicut humana
sunt tẽpora? Ut queras iniquitatẽ meã et pecca
tum meũ scruteris. Et scias qꝛ nichil impiũ fece-
rim cũ sit nemo qui de manu tua possit eruere.
℞. Qui lazarum resuscitasti a monumento fe-
tidũ. Tu eis domine dona requiẽ ꝛ locum indul
gentie. ℣. Qui venturus es iudicare viuos ꝛ mor-
tuos et seculũ per ignẽ. Tu eis dñe. Lectõ. iij.




Manus tue domine fecerunt me et plasmauerunt me totum in circuitu/et sic repente precipitas me. Memento queso ꝙ sicut lutum feceris me ⁊ in puluerē reduces me. Nonne sicut lac mulsisti me et sicut caseum me coagulasti: Pelle et carnibus vestisti me. ossibus et neruis cōpegisti me. Vitam et misericordiā tribuisti michi et visitatio tua custodiuit spiritū meum. ℞. Domine quando veneris iudicare terram vbi me abscondam a vultu ire tue. Quia peccaui nimis in vita mea. ℣. Commissa mea pauesco et ante te erubesco dū veneris iudicare noli me condemnare. Quia peccaui nimis in vita mea.

In secundo nocturno. ān. In loco. ps.

Dominus regit me et nichil michi deerit: in loco pascue ibi me collocauit. Super aquam refectionis educauit me: animā meam conuertit. Deduxit me super semitas iusticie: propter nomen suum. Nam et si ambulauero in medio vmbre mortis non timebo mala: quoniā tu mecū es. Virga tua ⁊ baculus tuus: ipsa me cōsolata sunt. Parasti in cōspectu meo mensam aduersus eos qui tribulant me. Impinguasti in oleo caput meum: et calix meus inebrians ꝙ preclarus est. Et misericordia tua subsequetur me: omnibus diebus vite mee. Et vt inhabitē in domo domini: in longitudinē dierū. Requiē




eternā dona eis dñe: ⁊ lux ꝑpetua luceat eis. ān.
In loco paſcue ibi me collocauit. ā. Delicta. ps.
AD te domine leuaui animā meam: deus
meus in te confido non erubeſcā. Neqꝫ
irrideant me inimici mei: etenī vniuerſi qui ſu-
ſtinent te non confundent. Confundantur om-
nes iniqua agētes: ſupervacue. Vias tuas dñe
demōſtra michi: et ſemitas tuas edoce me. Diri
ge me in veritate tua et doce me: quia tu es deus
ſaluator meus: ⁊ te ſuſtinui tota die. Reminiſce
re miſerationū tuarum dñe: ⁊ miſericordiarum
tuarum que a ſeculo ſunt. Delicta iuuentutis
mee: ⁊ ignorātias meas ne memineris. Secun-
dum miſericordiā tuā memento mei tu: propter
bonitatē tuā dñe. Dulcis et rectus dñs: propter
hoc legem dabit delinquentibus in via. Diriget
manſuetos in iudicio: docebit mites vias ſuas.
Uniuerſe vie dñi miſericordia ⁊ veritas: requi-
rentibus teſtamentum eius et teſtimonia eius.
Propter nomē tuum dñe propiciaberis peccato
meo: multū eſt enī. Quis eſt homo qui timet do-
minū: legē ſtatuit ei in via quā elegit. Anima
eius in bonis demorabit: et ſemen eius heredita-
bit terrā. Firmamentū eſt dominus timentib⁹
eum: ⁊ teſtamentū ipſius vt manifeſtetur illis.
Oculi mei ſemper ad dominū: qm̄ ipſe euellet de
laqueo pedes meos. Reſpice in me et miſerere




mei: quia Vnicus et pauper sum ego. Tribulationes cordis mei multiplicate sũt: de necessitatibus meis erue me. Vide humilitatẽ meã ⁊ laborem meũ: ⁊ dimitte Vniuersa delicta mea. Respice inimicos meos quoniam multiplicati sunt: et odio iniquo oderunt me. Custodi animam meam et erue me: non erubescam quoniam speraui in te. Innocentes ⁊ recti adheserunt michi quia sustinui te. Libera deus israel: ex omnibus tribulationibus suis. Requiem eternam. ⁊c. ãn. Delicta iuuẽtutis mee et ignorantias meas ne memineris domine. ã. Credo Videre. ps.

Dominus illuminatio mea ⁊ salus mea: quẽ timebo. Dñs protector Vite mee: a quo trepidabo. Dum appropiant super me nocẽtes Vt edãt carnes meas. Qui tribulãt me inimici mei: ipsi infirmati sunt et ceciderunt. Si consistant aduersũ me castra: nõ timebit cor meũ. Si exurgat aduersũ me prelium: in hoc ego sperabo. Unã petii a dño hanc requirã Vt inhabitẽ i domo dñi: oĩbus diebus Vite mee. Ut Videã Voluntatẽ dñi: ⁊ Visitẽ tẽplum eius. Quoniã abscõdit me i tabernaculo suo i die malorũ: protexit me in abscondito tabernaculi sui. In petra exaltauit me ⁊ nũc exaltauit caput meũ super iimicos meos. Circuiui et imolaui in tabernaculo eius hostiã Vociferationis: cãtabo et psalmũ dicam dño




Exaudi dn̄e vocem meam qua clamaui ad te:
miserere mei ⁊ exaudi me Tibi dixit cor meum
exquisiuit te facies mea: faciē tuā domine requi
rā Ne auertas faciē tuā a me: ne declines in ira
a seruo tuo. Adiutor meus esto dn̄e ne derelin=
quas me neqꝫ despicias me deus salutaris meꝰ.
Qm̄ pater meꝰ et mater mea dereliquerunt me
dn̄s autē assūpsit me. Legē pone michi dn̄e in
via tua et dirige me in semita recta propter īimi
cos meos Ne tradideris me in animas tribulā=
tium me quoniā insurrexerūt ī me testes iniqui
⁊ mentita est iniquitas sibi Credo videre bona
dn̄i: in terra viuentiū. Expecta dn̄m viriliter
age ⁊ confortetur cor tuū: ⁊ sustine dn̄m Requiē
ān. Credo videre bona dn̄i: in terra viuentiū. ℣.
Collocet eos dn̄s cū principibus. Cū principibꝰ
populi sui. Pater noster. Et ne nos. Lectio. iiij.
Espōde michi. Quātas habeo iniquita=
tes et pctā: scelera mea atqꝫ delicta osten=
de michi. Cur faciē tuā abscondis et arbitraris
me inimicū tuū? Cōtra foliū quod vēto rapitur
ostēdis potentiā tuā: et stipulam siccā persequē=
ris. Scribis enim cōtra me amaritudines ⁊ cō=
sumere me vis pctīs adolescētie mee. Posuisti in
neruo pedem meū et obseruasti oēs semitas me=
as: et vestigia pedū meorū considerasti. Qui qua
si putredo consumendus sum: ⁊ quasi vestimen=



tum quod comeditur a tinea. ℟. Memento mei
deus qꝛ ventus est vita mea. Nec aspiciat me vi-
sus hoīs. ℣. De profundis clamaui ad te dñe do-
mine exaudi vocē meā. Nec aspiciat. ¶ Lctõ. v.


Homo natus de muliere breui viuēs tem
pore repletur multis miseriis. Qui qua-
si flos egreditur et cōteritur ⁊ fugit velut vmbra
et nunq̄ in eodem statu permanet. Et dignū du
cis super huiuscemodi aperire oculos tuos et ad-
ducere eum tecum in iudicium? Quis potest fa-
cere mundum de immundo conceptum semine?
Nonne tu qui solus es? Breues dies hominis
sunt: numerus mensium eius apud te est. Cōsti-
tuisti terminos eius qui preteriri non poterunt.
Recede ergo paululū ab eo vt quiescat donec op-
tata veniat: sicut mercēnarii dies eius. ℟. Heu
michi dñe quia peccaui nimis in vita mea quid
faciam miser vbi fugiam nisi ad te deus meus
miserere mei. Dū veneris in nouissimo die. ℣.
Anima mea turbata est valde sed tu dñe succur-
re ei. Dū veneris in nouissimo die. ¶ Lectio. vi.

Quis michi hoc tribuat vt in inferno pro-
tegas me ⁊ abscondas me donec pertran
seat furor tuus: et cōstituas michi tēpus in quo
recorderis mei? Putas ne mortuꝰ homo rursum
viuat? Cunctis diebus quibus nunc milito ex-
pecto donec veniat imutatio mea. Vocabis me ⁊




ego respondebo tibi. Operi manuū tuarū porriges dexterā. Tu quidē gressus meos dinumerasti sed parce pctis meis. ℟. Ne recorderis pctā mea dn̄e. Dū veneris iudicare seculū per ignē. ℣. Dirige dn̄e deus meus in conspectu tuo viā meam. Dum veneris. ān. Complaceat. ps.

Expectans expectaui dominū: et intendit michi. Et exaudiuit preces meas ꝛ eduxit me de lacu miserie: ꝛ de luto fecis. Et statuit supra petram pedes meos: et direxit gressus meos. Et immisit in os meū canticū nouum: carmen deo nostro. Videbunt multi et timebunt et sperabunt in dn̄o. Beatus vir cuius est nomen domini spes eius: et non respexit in vanitates et insanias falsas. Multa fecisti tu dn̄e deus meus mirabilia tua: ꝛ cogitationibus tuis non est qui similis sit tibi. Annūciaui et locutus sum: multiplicati sunt super numerum. Sacrificium et oblationē noluisti: aures autem perfecisti michi. Olocaustum et pro peccato non postulasti: tunc dixi ecce venio. In capite libri scriptum est de me vt facerē voluntatē tuā deus meus volui: et legem tuā in medio cordis mei. Annunciaui iusticiā tuā in ecclesia magna: ecce labia mea non prohibebo dn̄e tu scisti. Iusticiā tuā non abscondi in corde meo: veritatē tuā ꝛ salutare tuū dixi. Non abscōdi miam tuā ꝛ veritatē tuā: a cōsilio




multo. Tu autē dn̄e ne longe facias miseratio-
nes tuas a me: mīa tua et veritas tua semper su
sceperunt me. Quoniā circundederūt me mala
quorū non est numerus cōprehenderūt me īiqui-
tates mee et non potui ut viderē. Multiplicate
sunt super capillos capitis mei: et cor meū dereli-
quit me. Cōplaceat tibi dn̄e ut eruas me dn̄e ad
adiuuandū me respice. Confundantur ⁊ reuere
antur simul qui querūt aīam meā: ut auferant
eā. Conuertātur retrorsū et reuereātur: qui volūt
michi mala. Ferāt confestim confusionē suam
qui dicūt michi euge euge. Exultent et letentur
super te oēs querētes te: ⁊ dicāt sēper magnifice-
tur dn̄s qui diligūt salutare tuū. Ego autē men
dicus sū et pauper: dn̄s solicitus est mei. Adiu-
tor meꝰ ⁊ ꝓtector meꝰ tu es: deus meꝰ ne tardaue
ris. Requiē. ā. Cōplaceat tibi dn̄e ut eruas me
dn̄e ad adiuuandū me respice. ā. Sana dn̄e. ps.

Beatus qui intelligit super egenū ⁊ pau
perem: in die mala liberabit eum dn̄s.
Dn̄s conseruet eū et viuificet eum et beatū fa-
ciat eū in terra: et non tradat eū in aīam inimi-
corum eius. Dn̄s opē ferat illi super lectū dolo-
ris eius vniuersū stratū eius versasti in infirmi-
tate eius. Ego dixi dn̄e miserere mei: sana ani-
mam meam quia peccaui tibi. Inimici mei di
xerunt mala michi: quando morietur et peribit




nomen eius. Et si ingrediebatur vt videret vana loquebatur: cor eius cōgregabit iniquitatem sibi Egrediebatur foras ꝛ loquebatur in idipsū. Aduersū me susurrabant omnes inimici mei: aduersū me cogitabāt mala michi. Verbū iniquū constituerūt aduersum me: nūquid qui dormit non adiiciet vt resurgat Etenī homo pacis mee in quo speraui qui edebat panes meos: magnificauit sup me supplantationē Tu autē domine miserere mei ꝛ resuscita me: ꝛ retribuā eis In hoc cognoui quoniam voluisti me: qm̄ non gaudebit iimicus me⁹ super me Me autē ꝑpter inocentiā suscepisti: ꝛ cōfirmasti me in conspectu tuo ineternum Bn̄dictus dn̄s deus israel: a seculo ꝛ in seculū fiat fiat Requiē. ā. Sana dn̄e animam meam quia peccaui tibi. ā. Sitiuit. ps.

Quemadmodū desiderat ceruus ad fontes aquarū: ita desiderat aīa mea ad te deus. Sitiuit anima mea ad deū fontem viuū: quādo veniam et apparebo ante faciē dei Fuerunt michi lachryme mee panes dies ac nocte: dū dicit̄ michi quotidie vbi est deus tuus. Hec recordatus sum et effudi in me animā meā: quoniā trāsibo in locū tabernaculi admirabilis vsq₃ ad domū dei In voce exultationis et confessionis sonus epulantis. Quare tristis es anima mea et quare conturbas me Spera in deo quoniam




adhuc confitebor illi: salutare vultus mei et deus
meus. Ad meipsum anima mea cõturbata est
propterea memor ero tui de terra iordanis et her=
monii : a monte modico. Abissus abissum in=
uocat in voce catharactarum tuarum. Omnia
excelsa tua et fluctus tui : super me transierunt.
In die mandauit dñs misericordiã suam: ⁊ no
cte canticũ eius. Apud me oratio deo vite mee:
dicam deo susceptor meus es. Quare oblitus es
mei et quare contristatus incedo: dũ affligit me
inimicus. Dum cõfringuntur ossa mea expro=
brauerunt michi : qui tribulant me inimici mei.
Dum dicunt michi per singulos dies vbi est de⁹
tuus. Quare tristis es anima mea: et quare con
turbas me. Spera in deo quoniã adhuc confite=
bor illi salutare vultus mei et deus meus. Re/
quiem eternã. ãn. Sitiuit anima mea ad deum
viuum quãdo veniam et apparebo ante faciem
dñi. ℣. Ne tradas bestiis animas cõfitentes tibi
Et animas pauperũ tuorũ ne obliuiscaris in fi=
nẽ. Pater noster. Et ne nos. Lectio. vii.
Spiritus meus attenuabit̃ dies mei bre=
uiabuntur: ⁊ solum michi superest sepul=
chrum. Non peccaui et in amaritudinibus mo=
ratur oculus meus. Libera me dñe et pone me
iuxta te et cuiusuis manus pugnet contra me.
Dies mei trãsierunt cogitationes mee dissipa=



te ſunt torquentes cor meum. Noctem verterunt in diem ⁊ rurſum poſt tenebras ſpero lucem. Si ſuſtinuero infernus domus mea eſt: ⁊ ĩ tenebris ſtraui lectulum meum. Putredini dixi. Pater meus es/mater mea ⁊ ſoror mea vermibus. Ubi eſt ergo nunc preſtolatio mea ⁊ patientia mea tu es domine deus meus. ℟. Peccantem me quotidie et non me penitentem timor mortis conturbat me. Quia in inferno nulla eſt redemptio miſerere mei deus et ſalua me. ℣. Deus in nomine tuo ſaluum me fac et in virtute tua libera me. Quia in inferno.


¶ Lectio. viii.

Pelli mee conſumptis carnibus adheſit os meum: et derelicta ſunt tãtummodo labia circa dentes meos. Miſeremini mei: miſeremini mei ſaltẽ vos amici mei: q̃r manus domini tetigit me. Quare pſequimini me ſicut de⁹: ⁊ carnib⁹ meis ſaturamini. Quis michi tribuat vt ſcribãtur ſermones mei? Quis michi det vt exarent̃ in libro ſtilo ferreo aut plũbi lamina vel celte ſculpãtur in ſilice? Scio enĩ ꝙ redẽptor meus viuit: ⁊ in nouiſſimo die de terra ſurrecturus ſum. et rurſum circundabor pelle mea et in carne mea videbo deũ ſaluatorẽ meum. Quẽ viſurus ſum egoipſe et oculi mei conſpecturi ſunt et non alius. Repoſita eſt hec ſpes mea in ſinu meo. ℟. Dñe ſecũdum actũ meũ noli me iudicare nichil




dignum in conspectu tuo egi ideo deprecor maiestatē tuam. Ut tu deus deleas iniquitatē meam ℣. Amplius lava me dñe ab iniusticia mea et a delicto meo mūda me. Ut tu deus. ¶ Lectō nona.

Quare de vulua eduxisti me qui utinam cōsumptus essem ne oculus me videret. Fuissem quasi non essē de utero trāslatus ad tumulū. Nunquid non paucitas dierū meoꝝ finietur breui? Dimitte ergo me dñe ut plangā paululū dolorē meū anteꝙ vadam et nō reuertar ad terrā tenebrosam ⁊ opertā mortis caligine. Terram miserie ⁊ tenebraꝝ. Ubi umbra mortis ⁊ nullus ordo: sed sempiternus horror inhabitans ℟. Libera me dñe de viis inferni qui portas ereas confregisti ⁊ visitasti infernū ⁊ dedisti eis lumen ut viderent te. Qui erāt in penis tenebrarū. ℣. Clamantes et dicentes aduenisti redemptor noster. Qui erant. Requiem eternā dona eis dñe et lux perpetua luceat eis. Qui erāt. ⁊c. ℟. Libera me dñe de morte eterna ī die illa tremēda. Quādo celi mouendi sunt et terra. Dum veneris iudicare seculū per ignem. ℣. Tremens factus sū ego et timeo dum discussio venerit atqȝ ventura ira. Quando celi. ℣. Dies illa dies ire calamitatis et miserie dies magna ⁊ amara valde. Dum veneris. ℣. Requiem eternā dona eis domine et lux perpetua luceat eis. ℟. Libera me dñe. ⁊c.




In laudibus. ãn. Exultabūt dño ossa humi-
liata. ps. Miserere mei de⁹. ⁊c. ãn. Exaudi. ps.
Te decet hymnus deus in syon: ⁊ tibi red-
detur votū in hierusalem. Exaudi ora-
tionem meam: ad te omnis caro veniet. Verba
iniquorū preualuerūt super nos: ⁊ impietatibus
nostris tu propiciaberis. Beatus quem elegisti
et assumpsisti: inhabitabit in atriis tuis. Reple-
bimur in bonis domus tue: sanctum est templū
tuū mirabile in equitate. Exaudi nos deus sa-
lutaris noster: spes omniū finium terre et in ma
ri longe. Preparans mōtes in virtute tua accin
ctus potentia qui conturbas profundū maris: so
num fluctuū eius. Turbabuntur gētes ⁊ time-
bunt qui habitant terminos a signis tuis: exit⁹
matutini ⁊ vespere delectabis. Visitasti terram
et inebriasti eam: multiplicasti locupletare eam.
Flumen dei repletū est aquis parasti cibum il-
lorū: quoniā ita est preparatio eius. Riuos eius
inebrians multiplica genimina eius: in stillici-
diis eius letabit̃ germinans. Benedices corone
anni benignitatis tue: et campi tui replebuntur
vbertate. Pinguescent speciosa deserti: et exulta
tione colles accingentur. Induti sunt arietes
ouium et valles abundabunt frumento: clama-
bunt etenim hymnū dicent. Requiem eternā.
ãn. Exaudi de⁹ orationē meā ad te omnis caro

62




Veniet. añ. Me suscepit dextera tua dñe. ¶ ps.
Deus de⁹ meus. Ut sup. añ. A porta inferi. ps.
Ego dixi in dimidio dierum meoꝝ: vadā
ad portas inferi. Quesiui residuū anno-
rum meoꝝ: dixi non videbo dominū deū in terra
viuentiū. Non aspiciā hominē vltra: et habita-
torē quietis. Generatio mea ablata est et cōuo-
luta est a me: quasi tabernaculū pastoꝝ. Preci-
sa ē velut a texēte vita mea dū adhuc ordirer suc
cidit me: de mane vsq₃ ad vesperā finies me. Spe
rabā vsq₃ ad mane: quasi leo sic cōtriuit oīa ossa
mea. De mane vsq₃ ad vesperā finies me sicut
pullus hyrundinis sic clamabo: meditabor vt co-
lumba. Attenuati sunt oculi mei: suspiciētes in
excelso. Domine vim patior responde pro me:
quid dicā aut quid respondebit michi cū ipse fece-
rim. Recogitabo tibi omēs annos meos in ama
ritudine anime mee. Domine si sic viuitur ⁊ in
talibus vita spiritus mei corripies me ⁊ viuifica
bis me: ecce in pace amaritudo mea amarissima
Tu autē eruisti animā meam vt non periret:
proiecisti post tergū tuū oīa peccata mea. Quia
non infernus confitebitur tibi: neq₃ mors lau-
dabit te: non expectabunt qui descendunt in la-
cum veritatem tuam. Uiuens viuens ipse con-
fitebitur tibi: sicut et ego hodie pater filiis notā
faciet veritatē tuam. Domine saluum me fac:



et psalmos nostros cantabimus cunctis diebus
vite nostre in domo domini. Requiem eternã.
ãn. A porta inferi erue domine animas eorum.
ãn. Omnis spiritus laudet dominũ. ps. Lauda
te dominum de celis. ꝛc. ℣. Audiui vocem de celo
dicentẽ. ℟. Beati mortui qui in domino moriun
tur. ãn. Ego sum resurrectio et vita qui credit in
me etiam si mortuus fuerit viuet et omnis qui
viuit et credit in me non morietur ineternũ. ps.
Benedictus. Vt sup. Pater noster. ¶ps.

De profundis clamaui ad te domine: dñe
exaudi vocẽ meam. Fiant aures tue in
tendentes: in vocẽ deprecationis mee. Si iniqui
tates obseruaueris domine: domine quis sustine
bit. Quia apud te propiciatio est: et propter legẽ
tuam sustinui te dñe. Sustinuit anima mea in
verbo eius sperauit anima mea in dño. A custo
dia matutina vsq3 ad noctẽ: speret israel in dño.
Quia apud dominum misericordia: et copiosa
apud eum redemptio. Et ipse redimet israel: ex
omnibus iniquitatibus eius. Requiem eternã.
℣. A porta inferi. ℟. Erue domine animas eoꝝ.
Domine exaudi orationem meam. Et clamor
meus ad te veniat. ¶Oremus.

Deus qui inter apostolicos sacerdotes fa
mulos tuos pontificali seu sacerdotali
fecisti dignitate vigere presta quesumus: vt eorũ




quoqz perpetuo aggregentur consortio. Per.
Deus venie largitor et humane salutis amator quesumus clemētiam tuam vt nostre ꝯgregationis fratres/sorores/ ꝓpinquos: ꝛ omnes benefactores nostros qui ex hoc seculo transierunt: beata maria semper virgine intercedente cū omnibus sanctis ad perpetue beatitudinis consortiū peruenire concedas. Per.

Fidelium deus omniū conditor ꝛ redemptor animabus famulorū famularūqz tuarum remissionem cunctorum tribue peccatorum vt indulgentiam quā sēper optauerūt piis supplicationibꝰ cōsequant̄. Qui viuis et regnas deus. Per omnia secula seculorum. Amen.

¶ Oratio deuotissima pro fidelibus defunctis in cimiterio inhumatis.


Avete omnes anime fideles quarum corpora hic et vbiqz requiescunt in puluere dominus iesus christus qui vos et nos redemit suo preciosissimo sāguine dignetur vos a penis liberare: et inter choros suorum sanctorum angelorum collocare. ibiqz nostri memores suppliciter exorare: vt vobis associemur et vobiscum in celis coronemur. ℣. Non intres in iudicium cum animabus seruorū tuorū domine. ℟. Quoniā non iustificabit̄ in ꝯspectu tuo omnis viuēs. Oreꝰ.




Domine iesu christe salus et liberatio fidelium animarũ qui non venisti animas perdere sed saluare: et dare animam tuam in redemptionem pro multis immensam clemẽtiam tuam ac ineffabilem misericordiã tuam humiliter imploramus vt animas omnium fidelium defunctorꝝ in penis purgatorii cruciatas misericorditer respicere digneris. et que iuste pro peccatis affliguntur tua benignissima pietate liberẽtur. subueniatqꝫ illis tua misericordia quas tuo preciosissimo sanguine redemisti. Et per merita beatissime gloriosissime semperqꝫ virginis dei genitricis marie et omniũ sanctorum et sanctarum liberare eas ab inferorum cruciatibus ⁊ collocare inter agmina sanctorũ tuorum digneris veste quoqꝫ imortalitatis indui: ⁊ paradisi amenitate confoueri iubeas. Qui cũ patre et spiritusancto viuis et regnas deus. Per omnia secula seculorum. Amen.

Sequuntur suffragia plurimorũ sanctorum et sanctarum. Et primo de sanctissima trinitate

64



¶ Sancta trinitas vnus deus
miserere nobis. añ. Te inuoca
mus/ te adoram9 / te laudamus/ te glorificam9/
o beata trinitas. ℣. Sit nomen dñi benedictum.
℟. Ex hoc nunc et vsqz in seculum. ¶ Oremus.
Omnipotens sempiterne deus qui dedi-
sti famulis tuis in confessione vere fidei
eterne trinitatis gloriã agnoscere et in potentia



maiestatis adorare unitatē quesumus ut eiusdē fidei firmitate ab omnibus semper tueamur aduersis. Per dominum nostrum. &c.

¶ Oratio ad deum patrem


¶ Pater de celis deus: miserere nobis.

Domine sancte pater oīpotens etne de9 qui coequalē/ consubstantialē/ & coeternum tibi ante oīa secula filiū ineffabiliter genuisti cū quo atq3 cū sancto spiritu ex te eodemq3 filio pcedēte celū terrā atq3 oīa quecūq3 existūt visibilia & inuisibilia mirabilit creasti: tibi gratias ago/ te adoro/ te laudo/ te bñdico/ teq3 magnifico. Esto queso ppicius michi miserrimo peccatori: & ne despicias me opus manuū tuarū: sed libera/ salua/ et adiuua me propter nomē sanctū tuum. Qui viuis & regnas deus. Per oīa secula seculoꝝ. Amē

¶ Oratio ad filium.

¶ Fili redemptor mūdi deus miserere nobis.

Domine iesu xpe fili dei viui q̄ es verus et omnipotens de9 splendor & ymago patris et vita eterna cui est vna cū eterno patre & spiritusācto equa



lis honor/eadē gloria:coeterna maieſtas vna ſub
ſtantia/tibi grãs ago/te adoro/te laudo/te bene=
dico/teqȝ glorifico. Ne me obſecro perire patiaris
ſed ſalua et adiuua me propter nomē tuū. Qui
viuis ⁊ regnas deꝰ. Per oīa ſecula ſeculoꝝ. Amē


¶ Oratio ad ſpiritū ſanctum.

Spūſſancte deꝰ: miſerere nobis

Domine ſpiritusſancte deus qui coequalis cō ſubſtantialis ⁊ coeternus patri filioqȝ exiſtens ab eis ineffabiliter ꝓcedens quiqȝ ſup eundē dominū noſtrū ieſum chriſtū in columbe ſpecie et ſupra ſanctos diſcipulos ſuos in linguis igneis deſcēdiſti: tibi gratias ago/te adoro/te laudo/te benedico/teqȝ glorifico. Repelle a me queſo tenebras totius iniquitatis: ⁊ perfice ⁊ accende in me lumen miſericordie tue ⁊ ignē ſanctiſſimi amoris tui. Qui viuis et regnas deus. Per oīa ſecula ſeculoꝝ. Amen.

¶ De ſancta facie domini

Salue ſācta facies noſtri redēptoris in qua nitet ſpecies diuini ſplendoris ĩpreſſa panniculo niuei candoris. dataqȝ Veronice ſignum ob amoris. Salue decus ſeculi ſpeculū ſan=




ctorū quod videre cupiunt spiritus celoꝝ nos ab omni macula purga viciorū: atq3 nos consortio iunge beatoꝝ. Salue nostra gratia i hac vita dura/labili ac fragili cito trāsitura. Nos prouehat superis felix hec figura ad vidēdū faciē que est christi pura. Esto nobis q̄sum⁹ verū adiuuamē dulce refrigeriū atq3 consolamen sic fruamur requie omnes dicant Amen. ℣. Adoramus te christe et benedicimus tibi. ℟. Quia per sanctā crucem tuam redemisti mundum. ¶ Orō.

Deus q̄ nobis famulis tuis lumine vult⁹ tui signat⁹ ad instantiā veronice ymaginē sudario impressā relinquere voluisti: ꝑ passionē et crucē tuā tribue q̄sumus. Ut ita nunc in terris ꝑ speculū in enigmate venerari et adorare teipsū valeam⁹. Ut tunc facie ad faciē suꝑ nos iudicē securi videamus te christū dn̄m nostrū. Amē.


¶ Oratio deuotissima ad beatissimam virginem dei genitricem Mariam.

Obsecro te domina sancta maria mater dei pietate plenissima. summi regis filia. mater gloriosissima. mater orphanorū. consolatio desolatorum. via errantiū. salus omniū in te sperantium. Virgo ante partū. Virgo in partu. et virgo


66



post partum. Fons misericordie/fons salutis et gratie/fons consolationis et indulgentie/fons pietatis et leticie. Per illam sanctã ineffabilẽ leticiam qua exultauit spiritus tuus in illa hora quando tibi per gabrielẽ archangelum annũciatus et conceptus filius dei fuit. Et per illud diuinum mysteriũ quod tunc operatus est spũssanctus. Et per illã ineffabilẽ gratiã/pietatẽ/misericordiã/amorẽ ꝛ humilitatẽ: per quas filius tuus descẽdit accipere humanã carnẽ in venerabilissimo vtero tuo. Et in quib9 te respexit quãdo te cõmendauit sancto iohãni apostolo ꝛ euãgeliste. et quando te exaltauit super choros angeloꝝ. Et per illã sanctã ineffabilẽ humilitatẽ in qua tu respondisti archangelo gabrieli. Ecce ancilla dñi fiat michi secũdum verbũ tuũ. Et per gloriosissima quindecim gaudia que habuisti de filio tuo dño nostro iesu christo. Et per illã sanctam ꝛ maximã compassionẽ et acerbissimũ cordis dolorẽ quẽ habuisti quãdo filiũ tuũ dñm nostrum iesũ christũ ante crucẽ nudatũ et i ipsa leuatũ vidisti pẽdentẽ crucifixũ vulneratũ sitientẽ fel apponi clamantẽ audisti et morientẽ vidisti. Et ꝑ quinqꝫ vulnera filii tui ꝛ per cõtractionẽ viscerũ tuoꝝ pre nimio dolore vulnerũ suoꝝ. Et per dolorẽ quẽ habuisti quãdo vidisti eũ vulnerari. Et ꝑ fõtes sãguinis sui et ꝑ omnẽ passionẽ ei9. et per




omnē dolorē cordis tui. et per fontes lachrymarum tuarꝝ. Ut cum omib⁹ sanctis ⁊ electis dei venias ⁊ festines in auxiliū ⁊ consiliū meū: in omnibus orationib⁹ ⁊ requestis meis. et in omibus angustiis ⁊ necessitatib⁹ meis. Et in oībus illis rebus in quib⁹ ego sum facturus/locuturus/aut cogitaturus: oībus dieb⁹ ac noctib⁹/horis atq₃ momētis vite mee. Et michi famulo tuo īpetres a dilecto filio tuo virtutū omniū complementū cū omni mīa ⁊ consolatione. oī consilio et adiutorio. omni bn̄dictione ⁊ sanctificatione. omni saluatione pace ⁊ prosperitate. oī gaudio et alacritate. etiā abundantiā omniū bonorꝝ spiritualiū et corporaliū. et gratiā sancti spūs qui me bene per oīa disponat. animā meā custodiat. corpus meū regat. mentē erigat. mores cōponat. act⁹ probet vota ⁊ desideria mea perficiat. cogitationes sanctas instituat. preterita mala indulgeat. presentia emendet ⁊ futura moderetur. Vitā honestā ⁊ honorabilē michi tribuat: fidem/spem/et caritatē: castitatē/humilitatē/⁊ patiētiā michi prestet Quinq₃ sensus mei corporis regat ⁊ protegat. septē opera mīe cōplere me faciat. duodecim articulos fidei ⁊ decē precepta legis firmiter tenere ⁊ credere me faciat. ⁊ a septem peccatis criminalibus me liberet ⁊ defendat vsq₃ in finē. Et in nouissimis diebus meis ostende michi faciem tuā



et annũcies michi diem et horam obitus ⁊ mortis mee. Et hanc orationẽ supplicem suscipias et exaudias et vitam eternam michi tribuas. Audi et exaudi me dulcissima virgo maria mater dei et misericordie. Amen.


¶ Alia oratio deuotissima ad beatissimam virginem dei genitricem Mariam.

O Intemerata et ineternum benedicta singularis atq; incomparabilis virgo dei genitrix maria gratissimum dei templũ spũssancti sacrariũ ianua regni celorum per quã post deũ totus viuit orbis terrarũ. De te enim vnigenitus dei filius verus ⁊ omnipotẽs deus suã sacratissimam fecit matrẽ. Assumens de te illam sãctissimã carnẽ per quã mundus qui perditus erat saluatus est. cuius preciosissimo sãguine suo ipse mundus redẽptus est et peccata remissa sunt: formãs eam in preciosissimo vtero tuo / de preciosissimo sãguine tuo: vniens eam eterne et incõmutabili diuinitati sue a quo bona cuncta procedũt per quẽ omnia facta sunt. Quẽ adoro: qui sacratissimã carnẽ suam cũ pciosissimo sãguine suo dat quotidie fidelib9 suis sub forma panis ⁊ vini in cibũ viaticũ ad refectionẽ animarũ salutarẽ et vitalẽ. quã qui digne mãducauerit vitã eternã habebit q̃ autẽ indigne mãducauerit iudiciũ sibi mãducat ⁊ bibit




sicut pluries feci. Mea culpa/mea culpa/mea grauissima culpa. Qui autē non manducauerit nō habebit vitā eternā et ꝑpterea merito dicim⁹ tibi quia per te post deū tot⁹ viuit orbis terrarū. Per hāc fidē te depcor dei genitrix et ꝑpetua virgo semper maria inclina aures tue pietatis indignis supplicationib⁹ meis et esto michi miserrimo pctōri pia et ꝑpicia in oībus auxiliatrix rogans ꝑ me apud fontē pietatis ⁊ mīe creatorē ⁊ redēptorē dn̄m nostrū iesū christū filiū tuū verū et oīpotentē deū a quo bona cuncta ꝑcedunt per quē oīa facta sūt. qui non vult mortē pctōris: sed vt magis cōuertat̄ et viuat. cui ꝑpriū est misereri sēper ⁊ parcere fac vt ipse per ineffabilē miam suā meritis ⁊ precib⁹ tuis absoluat me ab oībus peccatis per que ei displicui tribuens michi verā humilitatē/verā māsuetudinē grām ⁊ obedientiam. fidei/spei/⁊ caritat⁹ augmētum cū perseuerātia. custodiēs me a recidiuo peccati et a tētationib⁹ demonū mūdi et carnis: ita vt nō ampli⁹ seruiā demonib⁹ quibus seruiui in multitudinibus scelerū meoꝝ. videlicet in superbia/vana gloria/cupiditate/inuidia/ira/gula accidia/luxuria/⁊ negligētiis infinitis: et aliis multis pctīs quibus peccaui et alios peccare feci. Mea culpa/mea culpa/mea grauissima cl'pa. Propt̄ hec pctā perdidi regnum celorum et societatē angelorum

68




et totiens offẽdi piissimũ filium tuũ. et quotiẽs letificaui demones pessimos ꝛ merui eterna supplicia: totiẽs mea culpa/mea culpa/mea grauissima culpa. Ideo deprecor te dei genitrix ꝛ perpetua virgo semp̄ maria vt tu impetres michi indulgentiã ꝛ remissionẽ omniũ peccatorum istorum et aliorũ quecũqȝ feci ab ipso filio tuo a quo bona cuncta procedunt. per quẽ omnia facta sũt Qui etiã illuminat omnem hominẽ veniẽtem in hunc mundum: fac vt ipse illuminet mentem meam lumine gratie sue ĩflammans eam igne suauissimi et sanctissimi amoris sui. Et faciat me seipsum cum patre et spiritusancto vnum solum deũ verum adorare in spiritu et veritate seipsum super omnia diligere ꝛ timere ꝛ eidem firmiter obedire ꝛ adherere: sua mandata custodire peccata vitare. suam sanctã passionem ꝛ patientiam imitari. bonis operibus abũdare prospera mundi despicere ꝛ nulla eius aduersa formidare ꝛ talem penitentiã in hac vita pro cunctis peccatis et sceleribus meis agere que ei precibus tuis beneplacens sit et grata vt merito sue sacratissime passionis cũ sanctis ꝛ electis suis michi vitã ꝛ requiem conferat sempiternã. Amen.

¶ Deuota contemplatio beate marie virginis iuxta crucem filii sui lachrymantis et ad cõpassionem saluatoris singulos inuitantis.



STabat mater dolorosa
iuxta crucem lacrimosa
dū pendebat filius. Cuius ani-
mam gementē contristatam et
dolentem pertransiuit gladius
O q̄p tristis et afflicta fuit illa
bñdicta mater vnigeniti. Que
merebat et dolebat et tremebat
cum videbat nati penas incliti. Quis est homo
qui non fleret christi matrem si videret in tanto
supplicio: Quis posset non cōtristari piam ma-
trem contemplari dolentem cum filio: Pro pec-
catis sue gentis vidit iesum in tormentis et fla-
gellis subditum. Vidit suum dulcem natum mo
rientem desolatum dum emisit spiritum. Eya
mater fons amoris me sentire vim doloris fac
vt tecum lugeam. Fac vt ardeat cor meum in
amando christum deum vt sibi complaceam.
Sancta mater istud agas crucifixi fige plagas
cordi meo valide. Tui nati vulnerati iā dignā
tis pro me pati vim amoris imprime. Fac me
vere tecū flere crucifixo condolere donec ego vi-
xero. Iuxta crucem tecum stare te libenter socia
re in planctu desidero. Virgo virginum preclara
michi iam non sis amara fac me tecū plangere.
Fac vt portem christi mortem passionis eius for
tem ⁊ plagas recolere. Fac me plagis vulnerati

69




cruce hac inebriari ob amorem filii. In flammatus et accensus per te virgo sim defensus in die iudicii. Fac me cruce custodiri morte christi premuniri cōfoueri gratia. Quando corpus morietur fac ut anime donetur paradisi gloria. Amen ℣. Tuam ipsius animam doloris gladius pertransibit. ℟. Ut reuelentur ex multis cordibus cogitationes. ¶ Oremus.

Interueniat pro nobis quesumus domine iesu christe nūc ⁊ in hora mortis apud tuam clemētiam beata virgo maria mater tua cuius sacratissimā animam in hora tue passionis doloris gladius pertransiuit per te iesu christe saluator mundi. Qui cum patre ⁊ spiritusancto viuis ⁊ regnas deus. Per omnia secula seculorum. Amen.

¶ De sancto Michaele. an.

¶ Michael archangele paradisi preposite veni in adiutoriū populo dei et velis nos defendere a potestate inimici et tecum ducere in societatem domini. ℣. In conspectu angelorum psallam tibi deus meus. ℟. Adorabo ad templum sanctum tuum et confitebor nomini tuo. ¶ Oremus.

Deus qui miro ordine angelorum mini-



steria hominumqz dispensas: concede propicius. Ut quibus tibi ministrantibus in celo semp assistitur ab his in terra vita nostra muniatur. Per dominū nostrum iesum christum filium tuum. Qui tecum vivit et regnat in unitate spiritussancti deus. Per omnia secula seculorum. Amē.

De sancto iohanne baptista. ān.

Inter natos mulierum non surrexit maior iohanne baptista. ℣. Fuit homo missus a deo ℟. Cui nomen erat iohannes


Oremus.

Presta quesumus omnipotens deus ut familia tua per viam salutis incedat et beati iohannis precursoris christi hortamenta sectando ad eum quem predixit secura perveniat dominū nostrum iesum christum filium tuum qui tecū vivit et regnat de⁹. Per omnia secula seculoꝝ. Amen.

De sācto iohāne euāgelista. ā.

Iohannes apostolus et euāgelista virgo electus est a domino atqz īter ceteros magis dilectus. ℣. Valde honorādus est beatus iohannes. ℟. Qui supra

70



pectus domini in cena recubuit. ¶ Oro.


Ecclesiam tuam quesumus domine benignus illustra vt beati iohannis apostoli tui et euangeliste illuminata doctrinis ad dona perueniat sempiterna. Per dominum nostrum iesum christum filium tuum. Qui tecum viuit et regnat in vnitate spiritussancti deus. Per omnia secula seculorum. Amen.

¶ De sanctis petro et paulo.

¶ Petrus apostolus et paulus doctor gentium / ipsi nos docuerunt legem tuam domine. ℣ In omnē terram exiuit sonus eorum. ℟. Et in fines orbis terre verba eorum. ¶ Oremus.

Deus cuius dextera beatum petrum apostolū ambulantē in fluctibus ne mergeretur erexit / et coapostolum eius paulum tercio naufragantē de profundo pelagi liberauit. exaudi nos propicius et concede vt amborum meritis eternitatis gloriam consequamur. Per dominum nostrum iesum christum filium tuum. Qui tecum viuit et regnat in vnitate spiritussancti deus. Per omnia secula seculorum. Amen.

71



De sancto Jacobo. an.

Lux et decus hispanie o iacobe sanctissime subleuator oppressorum. suffragiũ viatorum qui iter apostolos primus martyr laureatus obtines primatũ. O singulare presidium tuorum benignus exaudi vota seruorũ et itercedas pro nostra omniũqz salute. ℣. Ora pro nobis beate iacobe. ℟. Ut digni efficiamur promissionibus christi. Orõ.

Esto domine plebis tue sanctificator et custos: ut apostoli tui iacobi munita presidiis et conuersatione tibi placeat et secura deseruiat. Per dominũ nostrum.


De omnibus apostolis. an.

Dum steteritis ante reges et presides nolite cogitare qualiter respondeatis dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini. ℣. In omnẽ terram exiuit sonus eorum. ℟. Et in fines orbis terre verba eorum. Oremus.

Concede quesumus omnipotens deus ut sicut apostolor. tuorum. N. et N. iugiter commemorationẽ agimus: sic ad tua beneficia promerenda maiestatẽ tuam ipsi pro nobis exorent. Per dominum nostrum. etc.

De sancto stephano. an.

71



Stephanus plenus gratia et fortitudine faciebat prodigia et signa magna in populo. ℣. Justus germinabit sicut liliū. ℟. Et florebit ineternum ante dominum. Oremus.


Omnipotens sempiterne deus qui primitias martyrum in beati leuite stephani sanguine dedicasti tribue quesumus. Ut pro nobis intercessor existat: qui pro suis etiam persecutoribus exorauit dominū nostrum iesum christum filium tuum. Qui tecum viuit et regnat. &c.

De sancto laurentio. ān.

Leuita laurentius bonum opus operatus est qui per signū crucis cecos illuminauit. ℣. Dispersit dedit pauperibus. ℟. Justicia eius manet in seculum seculi. Oremus.


Da nobis quesumus omnipotens deus viciorū nostrorum flammas extinguere: qui beato laurentio martyri tuo tribuisti tormentorū suorum incendia superare. Per dominum nostrū iesum christum filium tuum. Qui tecum.

De sancto christoforo. ān.



O Sancte christofore martyr dei preciose rogo te p nomē christi creatoris tui et per illud prerogatiuū quod tibi cōtulit quādo nomen suum tibi soli imposuit te deprecor in nomīe patris et filii et spiritussancti. et p gratiam quā accepisti ut erga deū et sanctam eius genitricē michi famulo tuo. N. sis propicius peccatori. quatin⁹ tuo pio interuentu facias me vincere omnes qui cogitant michi mala. et per illud leue onus quod est christ⁹ quod trans marinū flumen in humeris tuis feliciter portare meruisti alleuiare dignare presentes meas angustias/ paupertates/ tribulationes/ malas et puersas machinationes. fraudulētas conspirationes/ mendacia falsa testimonia/ occulta siue apta cōsilia ⁊ alia que cōtra honorē meū cogitādo vel cōspirādo veritatis emuli michi seruo tuo inferre conantur. Ut vita comite et saluo honore tecū gaudere valeā in secula seculorꝝ. Amē.
℣. Ora pro nobis beate christofore. ℟. Ut digni efficiamur promissionibus christi Orō

Deus qui beatū christoforum martyrem tuum virtute constantie in passione roborasti. quiqꝫ unigenitum tuum dominum nostrū iesum christum in suis humeris mirabiliter




portari voluisti: concede propicius. Ut qui eius cõmemorationẽ agimus ipsius meritis ad regna celestia peruenire feliciter mereamur. Per dñm.

De sancto sebastiano. añ.

O q̃ mira refulsit gratia sebastianus martyr inclytus qui militis portans insignia sed de fratrum palma solicitus cõfortauit corda tremẽtia verbo sibi collato celitus. ℣. Ora ꝓ nobis beate martyr sebastiane. ℟. Ut mereamur pestẽ epydimie illesi pertrãsire ⁊ promissionẽ christi obtinere. Orem⁹

Deus qui beatũ sebastianũ martyrẽ tuum in tua fide ⁊ dilectione tam ardẽter solidasti vt nullis carnalib⁹ blandimẽtis/nullis tyrannorum minis nullisq; carnificũ gladiis siue sagittis a tua cultura potuit reuocari: da nobis miseris pctõribus dignis eius meritis et intercessionibus in tribulatione auxiliũ. in persecutione solatiũ. et in omni tẽpore cõtra pestẽ epydimie remediũ quatinus possim⁹ cõtra omẽs dyabolicas insidias viriliter dimicare mũdum et ea que in eo sunt despicere et nulla eius aduersa formidare/Ut ea que te inspirante desideramus: valeamus obtinere. Per dñm.

De pluribus martyribus. añ.



Isti sunt sancti qui pro dei amore minas hominū contēpserunt: sancti martyres in regnū celorū exultant cū angelis. O q̄ preciosa est mors sanctorū qui assidue assistunt ante dominū: et ab inuicē nō sunt separati. ℣. Exultent iusti in conspectu dei. ℟. Et delectētur in leticia. Oremus

Deus q̄ nos cōcedis sāctorū martyrū tuorū. N. et N. suffragiis adiuuari: da nobis in eterna beatitudine de eorū societate gaudere. Per dñm.

¶ De sancto nicolao. āн.


Amicus dei nicolaus pontificali decoratus infula omnib[9] se amabilē exhibuit. ℣. Ora pro nobis beate nicolae. ℟. Ut digni efficiamur promissionib[9] christi. Oremus.

Deus qui beatum nicolaum pontificem tuum innumeris decorasti miraculis tribue nobis q̄s. Ut eius meritis et precib[9] a gehēne incēdiis liberemur. Per dñz.

¶ De sancto claudio. āн.

O desolatorū cōsolator. captiuorū liberator resurrectio mortuorū. lumē cecorū. auditus surdorum. mutorū eloquiū. tutor naufragantiū. impotentiū et lāgui=

73




dorũ sanator. medicine refugiũ. Via errantiũ. salus omniũ in te sperãtiũ. Beate claudi benigne cõfessor dei ora deũ pro nobis qui te tot et tantis illustrauit suffragiis. nã p tua sãctissima vita quã tã pie ac deuote gessisti i hac valle miserie vana hui9 seculi spernendo & celestia sectãdo p tuis merit9 ad supna polorꝝ gaudia teipsũ collocauit et innumeris decorauit miraculis: beate claudi gloriose ɔfessor/ implora apud deũ p nobis auxiliũ. ℣. Ora pro nobis btẽ claudi. ℟. Ut di. Ore9.

Deus qui beato claudio glorioso cõfessori tuo atq3 pontifici tantã gratiam & beatitudinẽ cõferre dignatus es: q per illã fere totus orbis christianorꝝ pro suis necessitatibus ad ipsũ affluit. & quicũq3 eũ pie & deuote quesierit desolatus non remanebit: da nobis q̃sumus dñe iusta desideria postulare: Ut q̃ iuste postulauerim9 suis meritis & itercessione apud te iugiter valeamus obtinere. Per dñm. De sãcto anthonio. ãn.

Anthoni pastor inclite q̃ cruciatos reficis. morbos sanas et destruis. ignis calorẽ extiguis: pie patẽ ad dominũ ora p nobis miseris. ℣. Ora pro nobis beate pater anthoni. ℟. Ut digni efficiamur promissionibus christi.

Oremus.



Deus qui nos concedis obtentu beati anthonii cõfessoris tui morbidũ ignem extingui/et membris egris refrigeria prestari: fac nos q̃sumus ipsius meritis ⁊ precibus a gehēne incendiis liberatos integros mente et corpore tibi feliciter in gloria presentari. Per dominum.


¶ De sancta anna. ãn.

Celeste beneficiũ introiuit in annam per quã nobis nata est maria virgo. ℣. Ora p nobis beata anna. ℟. Ut digni efficiamur promissionib⁹ christi. Orõ.

